BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 B
41

13-21, 6, 40

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS

NARBONA

I. C. TOLETANI

PONTIFICII IVRIS IN
Toletanâ Academiâ anteceſſoris.

DE

Appellatione à Vicario ad Epiſcopum

BIPARTITVS TRACTATVS

In priori, de Genericâ à Vicario ad Epiſcopum appellationis prohibitione vtiliter diſcutitur.

In poſteriori, De iuſtâ & legitimâ appellatione de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium exactè, & luculenter agitur.

Ad Relectionem cap. Non putamus II. de Conſuet. lib. ſexto.

ILLVSTRISS. D. D.
Bernardo de Sandoual, & Roxas Cardinali Toletano, &c.

E. C. Q. T.

D. D. C.

Cum priuilegio ſupremi Senatus.

Toleti apud viduam Petri Roderici.
Anno M. DC XV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

QVIDQVID HIC VEL ALIAS DIXI SIVE FECI, EX FIDE MAIORVM DICTVM, FACTVM VOLO:

SI QVID SECVS; INDICTVM, INFECTVM EX ANIMI SENTENTIA VOLO.

Digitized by Google

Conſonat exemplari, ſi hæc ita corrigas.

EPiſt. de ſcripto & ſcriptore, pag. 3. lin. 12. dei, leg. dici. In indicio Lic. Hier. de Zeuall. pag. 2. lin. 8. voluntatio, leg. volutatio. Epiſt. fratr. ad fratrem, lin. 9. col. 1. nomine, lege nemine. ibid. pag. 2. li. 4. honeſtam, leg. honeſta. pag. 5. li. 27. nulla lex eſt, leg. nulla eſt. pag. 8. lin. 1. Epiſcopi, leg. Capituli. pag. 11. lin. 9. obiectam, leg. obiectam. pag. 14. lin. 10. conferendi, leg. conferendi. ibid. lin. 24. ſcripta, leg. ſcriptæ. pag. 15. lin. 29. reſignætiones, leg. reſignationes. pag. 18. lin. 20. poſt verbũ Vicarij, adde tantum. pag. 24. lin. vlt. lumi, leg. veſtras. pag. 28. lin. 1. ibi noſtro, adde officiali. pag. 29. lin. 14. nan, leg. nunq. pag. 33. lin. 4. verò, leg. verbo. pag. 36. lin. 6. quæſtionem, leg. quæſtionum. ibid. lin. 26. ligis, leg. legis. pag. 44. lin. 5. reau, leg. reatu. ibid. lin. 12. conſtituto, leg. conſtituto. pag. 48. li. 7. poterint, leg. poterunt. pag. 70. lin. 23. cenſetur, leg. cenſentur. pag. 81. lin. 8. vtriuſque, leg. vtrique. pag. 119. lin. vlt. qualis, leg. quales. pag. 129. lin. 9. ſatisfaciens, leg. ſatisfaciens. ibid. lin. 19. confeſsionis, leg. confeſsiones. pag. 148. lin. 25. rerum, leg. rerum. pag. 150. lin. 21. mantatum, leg. mandatum. pag. 151. lin. 13. dicir, leg. dicit. pag. 152. lin. 7. comnittimus, leg. committimus. pag. 174. lin. 7. prœmio, leg. procemio. pag. 190. li. vlt. Patriarcha, leg. Patriarchæ. pag. 205. li. vlt. Patriarcha, leg. Patriarcham. pag. 217. lin. 27. exteterit, leg. extiterit. pag. 234. lin. 26. aliam, leg. altam. pag. 256. li. 13. præſumiur, leg. præſumitur. pag. 260. lin. 18. Caſanete, leg. Caſauate. pag. 270. lin. 11. Coriensis, leg. Caurienſis. pag. 271. lin. 17. eandem leg. eadem. pag. 273. lin. 20. Maldonado, leg. Maldonado. ibid. lin. 22. Decanus, leg. Decanatus. pag. 274. lin. 1. ſanctiori, leg. ſanctioris.

In cuius rei teſtimonium, has litteras ſubſcripſi. Dat. Toleti 27. Aprilis, 1615. Regia auctoritate librorum caſtigator.

Magiſt. Chriſtophorus Ordoña.

YO Hernando de Vallejo Eſcriuano de Camara del Rei nueſtro ſeñor, de los q̃ reſiden en ſu Conſejo, doi fè que auiendoſe viſto por los ſeñores del vn libro, intitulado *De Appellatione à Vicario ad Epiſcopum*, que con licencia de ſu Mageſtad fue impreſſo, le taſſaron a quatro marauedis cada pliego en papel; el qual tiene quarenta pliegos ſin los principios, i ſin la taſſa, i erratas, que al dicho precio ſuma i monta ciento i ſeſenta marauedis: i al dicho precio mandaron ſe venda, i no a mas: i que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada volumen del dicho libro, para que ſe ſepa i entiẽda lo que por el ſe ha de pedir i lleuar. I para que dello conſte, de mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, i pedimiento de la parte del Doctor don Iuan de Narbona, di la preſente en la villa de Madrid a nueue dias del mes de Maio de mil i ſeiſcientos i quinze años.

Hernando de Vallejo.

Digitized by Google

CENSVRA.

D. L. IOAN. DELGADO & Aguero Complutenſis Eccleſiæ Scholaſtici, totius Archiepiſcopatus Toletani Vicarij generalis, ac in Sanctiori Inquiſitionis ſanctæ Senatu cauſſarum fidei Iudicis.

SVPREMO Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici Senatu iubente ipſe Iudicaturus legi Ioan. Narbona I. C. apud Toletanos publici anteceſſoris *De Appellatione à Vicario ad Epiſcopum bipartitum tractatum*; in quo *De genericâ à Vicario ad Epiſcopum* prius, poſterius vero *De iuſtâ ac legitimâ de Vicarijs generalibus Archiepiſc. Tolet. ad eius Conſilium appellatione* ſeorſim eruditè diſcutit: Opus quidem præter eximiam electarum in vtroque iure diſputationum varietatem nouitate ipſa commendante pergratum, ac eruditis omnibus expetendum quam maximè. Quod non ſolum litterarum ſtudioſis multum vtilitatis adlaturum reor, ſed Hiſpanis omnibus, ac huius Toletanæ diœceſis præcipuè cultoribus neceſſarium pronũcio, in quo nihil eſt quod Apoſtolicis Eccleſiaſticisvè dogmatibus non conueniat: eat igitur in omnium manus tam acurata rei vtiliſſimæ pertractio omnium plauſu, meo iudicio. Toleti die 23. Maij anno 1614.


L. Ioannes Delgado & Aguero.

Digitized by Google

POR comiſsion de los ſeñores de el Conſejo he viſto el libro de el Doctor don Iuan Narbona, De appellatione à Vicario ad Epiſcopum, i me parece que no ai en el coſa que ofenda, ni impida el poderſe imprimir, antes que porque contiene nouedad, i curioſidad, es digno de ſalir a luz, i de que ſe dè la licencia que ſe pide. En Madrid 20. de Enero de 1615.

L. D. Diego Gonçalez de Contreras.

Digitized by Google



IVSTITIA ET RELIGIONE MAGNVS

I L L V S T R I S S.

D. D. BERNARDO DE SANDOual & Roxas, S.R.E. titul. S. Anaſthaſiæ Presbytero Card. Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primati, & Patriarchæ, Maximo Caſtellæ Chancellario, Summo Sanctioris Senatus Præſidi, &c.

Ioannes Narbona Iuris apud Toletanos Anteceſſor
D. D. C.

FELICISSIMO profectò fato, Cardinalis ter-maxime, mihi contigiſſe haud dubium reor, quod cum primùm *Sextum Decretalium librũ*

ex hoc profeſsionis publicæ obtento, & iniunćto munere, cui me primo Academia Toletana Antecesſorem præfecit, honoremque vnà & animos, vt grauiter ac gnauiter hęc ſtudia tracta rem, addidit, ſedulò exponendum ſuſcepiſſem. *Caput* ſtatim illud *Secundum de Conſuetudine* ſe ſe obtulit ſatis obſcurum, quod cum elucidare, ac luci dare eniterer, ac impenſè in eam curam incumberem, non potui nõ difficilem illam, multorumque placitis implicatam diſcutere, atque in vtramque partem agitare quæſtionem. Verumenimverò cum ex eius enodatione non ornamenti, aut decoris parum Pontificiæ, cui meritiſsimò præes Toletanæ ſedi, ſi è re tûa dignitatisquè quæſtio decidatur, accreſcat; ſin aliter, nõ exiguum videatur gloriæ detrahi, *Iurè ne à Vicariorum Toletanorũ, quos Generales vocant, iudicio ad eorum Iudicum, qui tibi à Conſilio ſunt, Senatum appellari poßit, ita vt vtrumque vnũ, idemque (ceù nonnemo ſomniat) Tribunal iudicari debeat, an potiùs (vt ego expergite demonſtro) duo, diuerſaque cenſeri iudicia*: debeo ſanè in hoc potiſsimùm fortunæ gratulari meæ, qui tam felici pede iuris interpretationem ingreſſum, ac tali omine docendi initium me auſpicatum videam, vt mihi à tuæ Põtificiæ ac maximæ dignitatis defenſionis auſpicijs, munus hocce Doctoris eſſet incœptan-

w ... 7 ſ ... 7

EL REI.

POR quanto por parte de vos el Doctor don Iuan de Narbona Cathedratico en la vniuerſidad de Toledo, nos fue fecha relacion q̃ auiades compueſto vn libro, intitulado, *De appellatione á Vicario ad Epiſcopum*: el qual os auia coſtado mucho eſtudio i trabajo, i entendiades auia de ſer neceſſario: i nos ſuplicaſteis os mandaſſemos dar licencia para le poder imprimir, i priuilegio por veinte años, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia q la pregmatica por nos ſobre ello fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon: i nos tuuimoslo por bien: Por la qual vos damos licencia, i facultad para que por tiempo i eſpacio de diez años cumplidos, primeros ſiguientes, q̃ corran i ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, vos, o la perſona que para ello vueſtro poder ouiere, i no otra alguna, podais imprimir, i vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion. I por la preſente damos licencia i facultad a qualquier impreſſor de nueſtros Reinos que nombraredes, para que durante el dicho tiẽpo le pueda imprimir por el original que en el nueſtro Cõſejo ſe vio, que va rubricado, i firmado al fin de Hernãdo de Vallejo nueſtro Eſcriuano de Camara, vno de los que en el reſiden: con que antes i primero que ſe venda lo traigais ante ellos, juntamente cõ el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme a el, o tragais fe en publica forma, como por Corrector por nos nombrado, ſe vio, i corrigio la dicha impreſsion, por el dicho original. I mãdamos al dicho impreſſor q̃ anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, i primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro, con el original, al autor i perſona a cuia coſta lo imprimiere, ni a otra alguna, para efecto de la dicha correcion, i taſſa, haſta que antes i primero el dicho libro eſtè cor

b regi-

Digitized by Google

regido,i taſſado por los del nueſtro Conſejo. I eſtando hecho,i no de otra manera,pueda imprimir el dicho principio i primer pliego:en lo qual inmediatamẽte ponga eſta nueſtra licencia,i la aprouacion,taſſa,i erratas:ni lo podais vender,ni vendais vos,ni otra perſona alguna,haſta que eſtè el dicho libro en la forma ſuſodicha,ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica, i leies de nueſtros Reinos,que ſobre ello diſponen.I mandamos que durante el dicho tiempo,perſona alguna ſin vueſtra licẽcia nole pueda imprimir,ni vẽder,ſo pena que el que lo imprimiere, i vendiere aia perdido i pierda qualeſquiera libros, moldes,i aparejos q̃ del tuuiere ; i mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis,por cada vez que lo contrario hiziere. De la qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra Camara,i la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare,i la otra tercia parte para el que lo denunciare.I mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidente, e Oidores de las nueſtras Audiencias,Alcaldes,Alguaziles de la nueſtra caſa,i Corte,i Chancillerias,i a otras qualeſquiera Iuſticias de todas las ciudades,villas,i lugares de los nueſtros Reinos i ſeñorios,i a cada vno en ſu juriſdicion,anſi a los que agora ſon,como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guardẽ i cumplan eſta nueſtra cedula i merced que anſi vos hazemos,i contra ella no vaian,ni paſſen,ni conſientan ir ni paſſar en manera alguna,ſo pena de la nueſtra merced, i de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en Arganda a veinte i quatro dias del mes de Enero de mil i ſeiſcientos i quinze años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Pedro de Contreras.

mihi, vt dignitatis tuæ arriperem patrocinium, grauiter impoſuit, ſeriò præcepit. Cum enim ille iam olim pro hac acerrimè cauſſa propugnarit, ſemperquè tutatus dignitatem tuam fuerit, nũc demùm, Aquilæ inſtar, quæ pullos ſolaribus radijs obijciẽs, veram germanamquè prolem conſtanti obtutus patientiâ examinat, genuinos probat, degeneres abijcit, ſic me, quem tam doctrinâ, quàm naturâ Parens procreauit, quo & ego tam Patre, quàm ſtudiorum Magiſtro ſum vſus, Parentis nè animum, velut & naturâ referrem, nec ne, ipſi meritiſsimò libuit experiri: ſi ſplendidiſsimum tuæ dignitatis lumen inconniuenti lumine auderem intueri, aut intrepidam Genij, & ingenij aciem obfirmans aduerſus veritatis clarum iubar non caligarem. Quæ ergò à me ſunt in tuæ ampliſsimæ dignitatis patrocinium aſſerta Regio (quæ tua laus eſt) patrocinio proteges, vt quando felici hoc tuo ſeculo emergit virtus, Honeſtũ reuireſcit, diſciplina ad

Cæli iucundum lumen & auras

ac *in dias*, vt ille ait, *luminis oras*, caput exſerit Eccleſiaſtica, Pontificiæ dignitatis iura & ornamenta, quæ vel omnino antiquata, vel collapſa iacebant, reuocantur: hæc quoque à me pro tua amplitudine ſuſcepta cauſſa quidquid, aut auctoritatis, aut firmamenti adſertore me, & propugna-

pugnatore nõ habuerit, ex tanto, quo fulcitur, Principe accipiat. Nec enim (libet hanc æquitatis ipſius ſerrã reciprocare non ſemel) alij quàm tibi, tuoque auguſtiſsimo nomini noſter hic dicendus, dicandus, conſecrandusque labor; tum quia Toletani hominis, tum quia pro Toletanâ tuâ dignitate, eiuſquè Primatu exanclatus, ac demun, quia primus ſtudiorum meorum fructus, vel quaſi præmetla, ſiue primitiæ, quæ, vt noſti, ex diuinæ legis præſcripto eximio, qui ſacris præerat ſacerdoti erant conſecrãdæ. Quod ſi ea qualiacumque ſint à te Cardinalis ampliſs. improbari haud quaquam viderim; ego me, quę ſumma ſunt, omnia non conſecutum modô putabo, ſed & conſecuturum. Quæ tibi nata, à te tibi victura. Tu rei tam litterariæ, quam Eccleſiaſticæ nobis, bonisque omnibus, vt

æternùm viuas,

ÆTERNVM appræcamur.

RELI-

cœptandum. Magnum nec vni Herculi, Atlantivè onus graue mihi egomet impoſuiſſe vltrò non paucis videbor, cum

------ quid valeant humeri, quid ferre recuſſent,

necnon

------ quàm ſit mihi curta ſuppellex

nondùm norim, hoc præſertim, & ſtudiorum, & ætatis tenerioris primori rudiméto: nec deerunt, qui mihi audacis temeritatis labeculam aſpergant, quod quantulum id in me doctrinæ, & eruditionis eſt (quod equidem noui, quàm ſit exiguum) ex vmbratili ac domeſticâ exercitatione mediũ in agmen, ac in ipſa caſtra, aciemuê forenſem incautus producam: & meritò; nec inficias ibo *periculoſæ* me plenum *opus alea* iam nunc tractare, duriùsque bellũ agreſſum, quàm quod ea ætatulâ, hiſce teneris viribus, nec dum longo tempore offirmatis lacertis, polleat peragi: quæ cum expendo, parum abeſt, vt terga vertam, ac pugnæ cedam: cederéque ni multa me, vt quoduis periculum potiùs adirem, quàm ſuſceptam cauſſam desererem hortarentur, ac penè prorſus impellerent. Audendum igitur fuit, & eruditus hic puluis terendus. In cauſſâ primũ erat cauſſæ ipſius æquitas; pro tuæ nimirùm amplitudinis ornamento pulcrum cui non ſit decertare? Deinde quod te tali, & tanto Theſeo

pro me in auxiliũ accerſito facilè in totius cauſſæ arcem inuaſurum, remquè totam feliciter confecturũ abſque dubio ſperarem. Quis enim vel imbellis adeò vel ignauus, vt clariſsimo ſiderum felicium, tuorum inſignium, ac fortiſsimo (ceù quodam Palladis ægide) protectus clypeo aduerſariorũ incurſus omnes non vel leui, quod aiunt, brachio retundat, inanesquè, vel inermes, aut inertes impetus reddat? Nec id rarum, aut inſolens ſidereo hoc tuo ſplẽdore hoſtiles acies proſterni, ac veritatis oſores funditùs interire. Norunt namquè ſidera iſta (Illuſtre tuæ gentis decorum) quaſi iam olim ad victoriam proluderent, ipſa tantùm luce, ipſo tantùm fulgore (dicam & fulgure?) diutiùs pugnare, immotisquè iiſdem, & ſuo loco, veluti in ſtatione, manentibus hoſtes profligare, atque omnino confringere: quemadmodum aduerſùm Siſaram Iudicum ſacra refert hiſtoria, cũ *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerũt.* Quid, quod Hiſpaniarum Primatis, Toletanique Præſulis cauſam, dignitatisquè defenſionem nõ niſi ab Hiſpano homine, eoquè Toletano ciue ſuſcipi, ac ſuſtineri par erat? Acceſsit tandẽ Alphonſi Narbona Conſultiſs. Iuris Doctoris, parẽtis mei monitum ſiue iuſſum, cui vt parere mihi, & laus & ius, ita & crimen & nefas non auſcultare, qui mihi,

vide huy pagina vetro.

RELIGIONE, DOCTRINA, NOBILITATE clariſs. Illuſtriſs. Toletani Præſulis Conſiliarijs.

NI libenter ad auguſtum hunc (ampliß. Senatorum cætus) quæ de vobis ſcripſi, Senatum deferrem, ad vnumquemq́; veſtrûm prorſus itarent: certè abituriebãt. Et meritò cui enim potiùs qui ad exactam iuris ac Iuſtitiæ amußim conatus omnes meos collineo, quæ VESTRA omnino agnoſcitis, quæ ab omnibꝰ, vti VESTRA, conor agnoſci, quàm vobis (Iuris ac Iuſtitiæ Myſtæ) reddam ne dicam, an offeram? Vtrumque, in Veſtri auctoritatem, in mei præſidium. Reddo quæ, vt rem mãcupij, vel manu VESTRA poteſtis adſerere: offero quæ Veſtræ dignitatis obſeruãdæ ſtudio tum ab iniquis ſubleſtarum opinionum (ſic dicam) poſſeſſoribus in vſum noſtrum (*vt de Philoſophorum Gentilium ſcitis ſcitu dig*

ILLVSTRISS.
MAXIMÆ TOLETANÆ
Eccleſiæ proceribus,

Capitulo E. Q. Tolet.

QVID? eaſdẽ obſtreperus cantilenam occino, ſerram reciproco, incudem iterũ atque iterum tundo? an ſtellionatus crimine, aut inconſtantię vituperatione à quopiam notabor, quod quę Illuſtriſs. Tolet. Eccleſ. Præſidi, auguſtoque eius Conſilio antea deſponderim, vobis (Magni Eccleſiaſticæ ditionis Dynaſtę, ac ampliſs. Tolet. Eccleſ. Senatus) denuò impendam? anne tam Bęotię aut Batauę ſum auris, vt tenui huiuſce opellę beneficio obſequiouè tot tantosquè Proceres officioſus autumem demereri? Nugæ.

----- *Nec tam mihi cornea fibra eſt.*

Potiùs cum Philoſophorum Homero dicã: *iterũ ac tertiò quod pulcrum eſt*, tum quia ingenua hęc pertinaxque mei erga Tolet. Eccleſ. auctoritatẽ animi proteſtatio.

------- *decies repetita placebit.*

tum

Digitized by Google

tum quia viriculæ iſtæ meæ non ab vnius alteriusuè audaciã ſumpturę pręſidio,ſed tanto firmioribus fulciendæ tibicinibus,quanto imbecilliores ſe fateantur neceſſe eſt. Quin & quod deceris amicicię cultoribus vulgò vſurpatur, *amicorum omnia communia*; *animũ in diuerſa corpora*, meliori quam illã Pythagoræâ, vt Tertullianus vocat,tranſanimatione,*vnum eumdemque*; idem ego de Maximâ omnium Tolet. Eccleſiâ, illius Illuſtriſs. Patriarchâ,ac vtriuſque Senatu libens vſurpabo: nam ſi è Philoſophi axiomate, *quæ ſunt eadem vni tertio,ſint eadẽ in terſe*;quis tribus, non vni hæc me dicaſſe,conſecraſſeque, ſi bene ſenſerit,maliconſuluerit? Itaque Triadem hanc verè ſacram in integram poſſeſsionis auctoritatis huiuſce partem adnumero, & quę alijs aliàs obtuli, ſingillatim ſingulis adiudico; omnibus, quia quod de incunnabulis Eccleſię Lucas profert,ad hãc adaptem,*cor vnum,& animam vnam*; ſingulis, quia vniuſcuiuſque ea eſt generis,vitę, doctrinę pręſtantia,vt humanè poſsim nõ adroganter obteſtari cum Sopho illo,quiſquis ſit,*ſatis mihi* tali pręſidio,*pauci lectores*, *ſatis eſt vnus*, *ſatis eſt nullus*. Vnus,inquam,è tam auguſto cętu in honorem;nullus è vulgo in detractionem: pręſertim cum illam Romani Coſs.vocẽ de hac Eccleſiá meritiſsimò capiã *nihil æquitati grauita*

 tem

Digitized by Google

tem; nihil dignitati humanitatem detrahere. Quæ (Apuleij verbis dicam) *inter doctas nobiliſsima, inter nobiles doctiſsima, inter vtraſque optima;* addām Colophonis vice, *inter omnes opulentiſsima:* cuius demùm vt de regiâ Seneca ait, *magnitudo ſtabilis fundataque eſt, quā omnes tam ſupra ſe eſſe, quā pro ſe ſciunt.* Inter alios ego, qui munuſculū hocce opere impenſisvè exiguum, animo ſiue ſtudio magnum in tantę auctoritatis ac dignitatis augendę gazophylacium gratus immitto: denique vt de obſequio in vos meo, de patrocinio in has ſchedas veſtro

--- fidere tam fas eſt, quam dubitare nefas.

alterius monimentum illas teſtor, alterius (nihil ambigo) perpetuò experimentum celebrem, felicitatem tātis Patronis ſempiternam exoptans.

Ex iure, ex animo.

Io. Narbona, I.V.D.

Digitized by Google

DE
SCRIPTORE
ET SCRIPTO,
Amice Lector,

AMICVS pauca verê non amicè, latinê non oratoriè præfabor. SCRIPTORI me amicũ opidò ac impenſè cluere quî inficier? cũ & amicorum iam olim amicus audiam, & illorum Genio Ἀγαθȣ̃ δαίμονος notis infulatus ceu myſta litem; & glorioſè prædicem ſemper ----- *fuiſſe*

Boni Genij.

Me Niſum Euryalo, Theſea Pirithoo;

vt & *Veritatis*, cuius vt quidam *ſimplex oratio eſt*, ipſus & ἀφελὲς amator ſum. Apageſis illos verſipelles Veritatis, ac Amicitiæ oſores, qui, vt in Comico eſt,

Senec. epiſtol. xlix. *Simplex.*

multi more iſto atque exẽplo viuunt, quos cũ cẽſeas
eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimonijs,
linguâ factioſi, inertes operâ, ſubleſtâ fide;

Verùm ego vtriuſquê ſacris me ritè operaturum ſcio; ſi cũ Oratorum Homero *ponam perſonam amici, cum induerim iudicis*; ſeu mauelis *Indicis*: nam etſi cũ Poetarum Tullio Ἀγαθὴ δὲ παραὶ φασις ἐσιν ἑταίρȣ: & hic ille priuatarũ familiariumquê apud Romanos recitationum ingens (ac vtinam noſtris ijs temporibus Plinij illâ exceptione, *vt ſani aduocent, & aduocentur*, reuocandus) fructus. *Mutuo amicè cenſeri.* Heic ego non patruê cenſeo, non blanditer iudico; cenſoriè indico; amicè

Tull. offic. I.

Bonus eſt ad fatus amici ad monitoris, Hom. Iliad. λ

Digitized by Google

amicè dico è SCRIPTI doctrinâ SCRIPTORIS ingenium examuſsim commenſurandum. Illius, cum Aiace Pacuviano,

de virtuted ego cernundi do poteſtatem omnibus;

à Muſis alienus. Et tute, Lector, ni ἄμουσος porrò, benè conſcius. Huius non leuia perfunctoriè commendant encomia Ætas tenera, litterarũ felicitas, è litteris honor. In ipſâ enim

Vigore. adoleſcentiæ ἀκμῇ, ſeſquitertiam nondum annorum ἑβδομάδα tenerè ingreſſo,

iucundum cum ætas florida ver ageret,

tot ſcriptorum libri feliciter electi, feliciſsimè lecti, vt & Doctoris & Anteceſſoris publici titulus honorificè ceſſerit. O mirum! ſed nec mirum. honores habet ille domeſticos, quibus accendatur ad proprios, & veſtigia, ne exorbitet, ad altiores premit.

---Neque enim externo monitore petendus
Virtutis tibi pulcer amor----

Mi amice, mi frater. Ecce Patrem, quem & Patria ſuum, tuum adſpicis. Illum Iuſtitiæ non interpretem ſolùm, ſed adminiſtrum; illum religionis, ac doctrinæ requietem; Comitatis, ac candoris exemplar; Sui ſeculi Papinianum, Orbis totius miraculum, Vrbis noſtræ delicium: meum (patere hanc, mi IOANNES, meam de ſeuero tuo parẽte blandam compellationem) meũ, inquam, ADELPHONSVM NARBONA V. C.,

----Troica dignum
ſecula, & Euboici tranſcendere pulueris annos

cui & *proprios ego*, communi bonorum omnium voto,

ſit modò fas, annos contribuiſſe velim.

Eumpſe Patrem habes & Thaletem; eumpſe & naturæ auctorem, & doctrinę doctorem revereris; eumpſe & audis & imitaris. Vtrumque felicem, qui docetur à

Patre,

Patre,qui gloriatur in filio! ſed an in filijs? Ita hercle verò ſeriò;qui in filijs,vt ſenex ille in ſynephæbis

ſerit arbores quæ alteri proſint ſeculo.

Ille namque ſibi cognominem Adelphonſum habet filium:tu tibi ſupparem eruditionis & honoris Fratrē, *Fortunati* tali Parente,tali virtute *ambo*;

Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,

ritè ac verè auguror. Fuat vtinam! & Vrbis noſtræ, cuius adhuc ingenia inculta(Demoſthenis dicterio dicam)vt qui mandragoram biberunt,iacent,tandem aliquando reſurgant,melioremque rurſus vitam ſpirent, talibus tibicinibus,talibus deſtinis! ô,vterque viam præmuni; Præmuniêre iam & ſtrauêre Hiſpaniæ totius,ac Cordubę ornamentū CL. VV. D. Bernardus Alderete de Hiſpanorū antiquitatibus optimè meritus; D. Franciſcus Fernādæus de Corduba quem Eruditionis noſtrorum hominum Varronem appellare ſoleo præfiſcini, in *διδασκαλιῶν*, Acciano exemplo & ſucceſſu,libris; Ille in *Bætica*, hic in *Corduba* ſuis etiam præmunient,ô breui vtinam! vnā & inluſtri & generis & eruditionis notâ notiſsimi mihique amiciſs. D. Io. Fonſeca de Figueroa in ijs, quæ ad Plinium & melioris æui Scriptores adcuratè notat; D. Garſias de Figueroa Varrionueuo Marchio de Cuſano in erudita difficilium L.L. enodatione: *dimidium* vterque ille *mei*, *delicium* vterque ille *mei* D. Franciſcus Gomez de Queuedo in miſcella Sacrorum & Profanorum inluſtratione, D. Ioſephus Gundiſaluus de Salas in noua cultiſsimi Petroniani Satyrici cultiſsimaque recenſione. Quæ in noſtratium honorem,in exterorum admirationē velim *in lucida tela dei* iam nunc prodeāt. Communibus ac meis adnuite votis,mi Amici,

—quos æquus amauit

Iupiter—

Et meliore luto finxit præcordia Titan
Cum ijs & Vterque,
---uterque ô ſidere dextro
Edite, multa quibus Divûm indulgentia fauit:
Quos quidem non
---- ſeries inhonora parentum
obſcuros proauis & priſca lucis egenteis
plebeiâ de ſtirpe tulit;----
Sed è NARBONARVM præclarâ antiquâque radice NARVACIVM egreſſa proceritas, ac verus quaſi *effictus ex Ioue ramus.* Verè è *Ioue*, cui Flora ipſa, Pomonaque Veneres & Charites muſteum illud roſarum paullatim pullulātium ac teneriuſculè promicantium ſertum, ſtemma gentilitium veſtrum, panxêre curioſiùs. Sed hæc alibi & maioris operis & rei res. SCRIPTOREM repeto: qui quidem πάντ' ἐφύλαξε νόῳ πολυιδρείῃσιν. Nec aliquid operi tam exaſciato & ad amuſsim elaborato quod deeſſet; non præuidit penitiſſumè. Vnâ & SCRIPTVM; Quod vel nouitate ipſâ commendatum omnibus, quibus mamilla ritè ſubſilit ſiniſtra, ac eſſe Corculis datum eſt, placiturum nullus dubito: ſiue copioſam eruditionis in ſtricto materiei aridæ circumſcriptoque aruo meſſem ſpectent: ſiue decumanum in re crepera edolatumque iudicium curioſiùs examinent; ſiue ſcriptionis vtilitati propiùs adhæreant, & multa intueantur, quæ Lethen ſcire oporteret ſcilicet; tam illa diu delituerant, & deliteſcerent fortaſsis longùm, ni indagatrici induſtria in ſtudioſorum doctrinam, doctorum ad probationem, ac ampliſsim. Ciuitatis, Eccleſiæque noſtratiū ornamentum, enuclearentur. Quid mirum? Euripideum illud ingeram,
Αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι

πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος

Omnia obſeruauit mētis multa ſcientia. Homer.

Poſteriores cogitationes meliores.

--- Et

Et pro interpretatione Publianum

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Felix ille, ac bona ſcæua natus, cui hæc vni tẽporis iniuriâ abolita, poſtliminiò tandem Fons deſtinauit, vt proderet. Vt enim facilitas inuentis addenti meritò tribuitur; felicitas inuenienti adtribuatur meritiſsimò neceſſe eſt; Quid de SCRIPTORE plura, quid de SCRIPTO inculcem? cũ *moribus antiquis* hocce ab illo adtemperatũ videam, & cum, veteri veri-verbio, *nihil omnium ſit, quod poſsit in primordia ſui perfici: ſed in omnibus formè ante Spei rudimentum, quàm rei* adpareat *experimentum*; heîc & florentem ſpem, & vberrimum Inſicimi fructum liceat contueri. Floreat SCRIPTOR, dũ SCRIPTVM maturuerit: & in muſteo adhuc iuuene maturitas florida & fructui ſit & admirationi. Vtrũque PALLORI & INVIDIAE auertentia ſacra comparet, & noſtri æui marrucinos, blennos, buccones, & id genus vitilitigatores Arcadicos peniſſumè auerruncet. Tu Intercidona, tu Pilumne, tu Deverra Siluanum tenello abigite hoc fœtu; ne que nobis fuligineâ obliuionis nube iniuria, ſiue incuria tẽporis aboleuit, penèque obliterauit, nec mediocria ab eiuſcemodi diſpendio Reip. litterariæ enata diuidia iam diu experimur, dum creuêre, decreſcant. Noui ho mullos treſsis triboliuê, qui vt moriones olim in dicteriorum vſum præſtinati, in SCRIPTORES quoſque ſcommata viritim, vel in magnos antiqua virtute & ſapientia viros, euibrant, nihilque vſpiam eſt, quod non vndequaque habeant deſpicatui, vel ſimulis meſſem faſcinantes in herba; qui quidem nunquam (prudenti Hiſpani philoſophi monitione) ad eruditionem veniunt, quia iam ſe autumant perveniſſe: Qui cum nihil, præter maledicta ſcurrilia, & vt olim è plauſtro,

Seneca li. de tranq. vit. & lib. de diu. prouid.

Senec.

Digitized by Google

ſuum putent, ſi quando ingenij periculum faciundum ſuat, aliorum ſcrinia (riſimus herè & nudius tertius; rideret & Craſſus qui nunquam riſit) aſtu improbo manticulata, ſiue harpagata, manuvẽ tagaci ſublecta impudenter clepunt, imperitè crepant, ſiue iactant: & tamẽ omnes imbelles SCRIPTORVM ſapientium verè fuci: qui Dipnoſophiſtarum more inter fercula (hui quàm aliter!) diductiſsimo & pudore & ore tubурcinantes philoſophantur: ipſiſsimi, Plinianâ argutiâ, *Sophocles*, quia poetæ &, vt ſperant, nõ humillimi ſpiritus, aduentitiâ tamen Petroniani Eumolpi, cui ſimilimi, frequentiâ dignisſimi, qui excipiantur: &, etſi Aiciæ Manij, *Laudiceni*: Σοφῶς illud adſentatorium cænipetæ Trimalcionibus ſubinde intonant Stentore vocaliores. Iſtorũ mihi ronchi lyræ lyræ (liberè dicã) neque *ciccum*, cum Plauto *interduim*. Hos SCRIPTOR nõ curat ſcilicet; hos nec tu moreris, LECTOR ſi Amicus es, in Amici SCRIPTA. Hoc AMICVS te rogo, & vt bene valeas, amicè aueo. Quid & SCRIPTO? vt annet, perennet. Quid & SCRIPTORI meo? Vota calida, & ex voto

Dij ſeruate PIO GENITORI gaudia tanta
PROLIS, & vtrumq́; hunc PATRIAE ſeruate rogati,

MIHI cum PATRIA, qui vniuerſo vtriuſque generi amiciſs. *ex animo ex merito* voueo.

Dn. THOMAS TAMAIO DE VARGAS
T. D.

ROMAE Hiſpanorum, Regia Viſogothorũ Vrbe, TOLETI, capſe Aprilis die, quã Fortunæ Publicæ ædes à caſcis Romuli nepotibus Colle Quirinali olim D. C.

Epiſt. ad Mar. lib. 11. apud quẽ deridẽtur qui cœnæ cauſſâ & *Sophos*, vt in Perſio, Martiali, Sidonio, a lijs paſsim videre eſt adclamarẽt, & *laudarent*. Vid. Feſtum voce *Manius*.

IVDICIVM SAPIENTISSIMI LIC. HIERONYMI DE Zeuallos Toletani aduocati, & in Imperiali hac Ciuitate Nobilium decurionis de libro Io. Narbona I C. & publici anteceſſoris.

MVLTVM ſe præſtitiſſe noſter Bartolus in l. 1. §. ſex ſunt de poſtul. putat, quód ad vigeſimum primum ætatis annum, & ad Doctoratus lauream vná perueniſſet; quod refert etiam vt mirum Paul. Caſtrenſis in l. ſi conſtante, in princip. ff. ſolut. matrim. & Iaſ. in l. quidam cum filium, num. 39. ff. de verbor. oblig. ſic Angel. Peruſ. de ſe ipſo affirmat, in d. l. 1. §. pueritiam, nu. 4. de poſt. ſe anno vigeſimo inſignibus Doctoratus ornatum fuiſſe, & publicam lectionem agreſſum: & Bald. decimo ſeptimo ait repetijſſe l. centum Capuæ, ff. de eo quod cert. loc. Vt etiam tradit Felin. in rub. de Magiſtris, & Io. de Anan. in rub. nu. 8. de delict. puer. & Ceruotu. Acurſij filius ante vigeſimum primum Doctoratus gradum affectauit, tradente Bolog. in repet. Auth. habita, num. 135. C. ne filius pro patr. alij permulti, quos memoriæ prodidit Petr. Auguſt. Morl. in Empor. iur. titul. 1. de leg. num. 3. Illos ſecutus Loazes in repet. l. ſi filius, §. diui, ff. de leg. 1. non parum ſe feciſſe credit, cum ſe illam vigeſimo ſecundo repetiuiſſe iactat: hos ego imitatus, eiuſdemque gloriæ cupidus vigeſimo tertio è limine ſalutato nõ parũ glorians ſcripſi olim lib. 3. comm. cõtr. com. quæſt. 840. num. 5. me ſcripſiſſe, & publicè habuiſſe legem admonendi, ff. de iur. iurand. inde animum ſumpſi repetitionem illam

Digitized by Google

primam meam omnium iudicio ſummittendi liberè. Sed illorum meaque gloria proſus euaneſcit, ſi ætatem teneram *Io. Narbona* Toletani I C. ac Toletanorum I C. Parentis filij cõtemplemur: qui quidem ante vigeſimum primum iam cum fratre etiam eruditiſsimo Doctoris titulo fuerat renunciatus, & ante vigeſimum quartum tale ſui ingenij ſpecimẽ tulit; & maiora (vt ſperamus) feret: tanta eſt illius doctrina, tam aſsidua librorum voluntatio. Librum ecce *De Appellatione à Vicario ad Epiſcopum* emittit, doctum ſanè, & nouæ materiæ aptum opus, à cunctisque quam maximè laudandum, multa ſunt in eo nouè explicata, legum difficilium explanatarum larga ſeges, abſtruſi iuris enodatio aperta, nihil non eruditum, nihil non omnibus vtile. Sic ego iudico, & poſt judicium Deum ſuppliciter inuoco, vt omnia illi feliciter & *ex animi ſententia* contingant; vt Parentis optimi viri D. Alphonſi Narbona gloria augeatur in fama Ioannis, & Ildephonſi ingenioſiſsimorum iuuenum filiorum; quibus tam doctrina, quàm religio ad miraculum coniuncta eſt; ſed parentem ſimul habẽt, & Magiſtrum, & noſtra Ciuitas, nosq; amici illius fructibus fruimur copioſis, horum ſpes fouemus ingentes: ego inter omnes

L. Hieronymus de Zeuallos.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNI
ALPHONSVS
NARBONA F.

NON poſſum non, mi FRATER, mihi gratulari, qui te & eruditione & ætate reuerear ſuperiorem: & omnem hanc laudem, quæ ex tuis litterarij laboris fructibus percipienda tibi abſque dubio eſt, in me, meoſque omnes deriuandam cenſeam, qui tuus, qui tui ſunt: in me præſertim, qui tibi, vt in propinquitate, in amore coniunctiorem me prædico: gratulor, inquam, mihi, cui & tu nemine deuinctiorem facile confiteris: & vt enim amor, qui FRATRVM pectora ſuauibus charitatis vinculis ſtricte obligat, omniũ audit maximus; ita & ille, qui inter nos tam propinquitatis, quàm neceſsitudinis compagibus ſtrictiſsimus intercedit, omnium cum ſit maximus, maximo etiam maior meritiſsimò audiat neceſſe eſt. Parenti etiam noſtro (dicam nè Doctori?) lubens gratulor, cuius in nos exanclatis laboribus á te vt natu, ſic doctrina maiori gratiá grata, quia non tarda, tam copioſè reddatur. Exemplar ille nobis ad eruditionem, & virtutem ſemper fuit: mihi iam non ille ſolùm, ſed etiam tu, qui vberiori

gloriæ

gloriæ meſſe & illius laboribus & optatis reſpõdiſti, merito eris: merito ſequor, & ſi iniquis paſſibus, animo tamen æquo illum, te, incitantem, ad honeſtam vadentem imitabor: illud ſemper ratus, non te, non illum mihi vnquam ad altiora gradienti defuturos: & ſicubi lapſus fuero, cui innitar leuaturo propiùs fidam. Bene olim Scamander apud Homerum ab Achille obſeſſum Simoëntem aduocat,

Iliad. 21. Et refertur à Plat. in Protag.

Frater amice, hominis pariter compeſcere vires
Ambo huius ſtudeamus----

Iliad. 22. inclamans: Bene Hector iam iam impar congreſſus Achilli, vt ſibi ſuppetiatum veniat,

Deiphobum fratrem intento clamore vocabat,

à quo deſtitutus, ſibi iam conclamatum illicò, fatiſque cedendum iniquis perſuaſit. Sic apud

2. de Rep. Platonem Adimantus Glauconis aduerſus Socratem diſſerentis cauſſam excipiens, *nondum,* ait, *Socrates ſatis hac de re diſſertũ. Cur ita? nempe quia id nondum eſt dictum quod maxime dictum oportuit: cui Socrates: igitur,* addit, *frater adeſto viro; vt habet prouerbium: quare tu, ſi quid hic præter miſit, adiua.* Idem ego, artiori tamen cauſſa, FRATER FRATRI adeſto, ac ſuppetias fert, mi FRATER qui & amicus: Viciſsim vellem &, ſi poſſẽ, ego; potero Paterno exemplo, Fraterno auxilio; multumque mihi me conſequutum credam,

cum

cum è ſapientis monitu ſciam, FRATREM, qui adiuuatur à FRATRE, ciuitate munita lõge eſſe potentiorem: nam *melius eſt duos eſſe ſimul quam vnum*, (idem ait) *habent enim emolumẽtum ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur.* Procul illi ſint, quos cum natura coniunxit prouida, imprudens diſſociauit ſimultas, nam profectò, vt cum Euripide dicam: Eccle. c. 4. In Iphig. Aulidenſ.

Res dira verbis inuicem altercarier,
Dictisque fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio:

Cui enim Caini cum Abele, Iacobi cum Eſau, Romuli cum Remo, Etheoclis cum Polynice, Antonini cũ Geta diſsidia non mirabitur? quis non ſtupebit? quis non abominabitur? ſi qui gẽte, cognatione, affectu coniuncti ſunt (in ſacris litteris) FRATRIS nomine condecorãtur, qui natura ſumus, nonne melius fraternis inuicem operibus, mutuisvè beneficijs de nobis oportebit benemereri? pręſertim cum FRATER & FIDELIS in iiſdem pro eodem vſurpentur, ſi enim, vt Terentius in Adelphis ex philoſophorum veterum diſciplina ait, *Vetus quidem hoc verbum, amicorum inter ſe communia eſſe omnia:* & *amicitiam æqualitatem* Pythagoras apud Agellium vocabat; qui & æquales ſumus, & natura, & amore, quare non amicorum, quare non Gene. 29. Deut. 23. 2. Reg. 13 Hier. ad Helu. Aug. 1. de ſerm. dom. cap. 43. Lib. 1. c. 9.

e fra-

fratrum & laudibus & virtute fruemur? commu nis ergo tua hæc laus, mi FRATER, & mihi eſt. Itaque hanc augeas vtinam, & Deus tuorũ iuuenantium annorum ſeriem augeat, in generis noſtri gloriam, in vrbis noſtræ admirationem. O vtinam, &c.

Dij tibi dent animos, continuentque tuos.

Precor. è communi vtrique noſtrûm muſæo.

TOLETANO COELO NARBONIDARVM PLEIADA.

L.M. gratulor

Dn. THOMAS TAMAIO DE VARGAS.

Euge ô, ceu ſtellis Cælum fulgentibus aptum,
Vſurpare oculis hominum divûmque frui ſci
Quod datur, VRBS Orbis magni caput, Vrbium ocelle
Magnarum, [a]*Hebræâ populis ab origine inundans,*
[b]*Seu virtute potens Græcorum, ſiue* [c]*ſuperbo*
Natorum Mauorte potens; inglorta nunquam.
Heſperiæ [d]*Delphi Clario ſacri; æmula cælo*
Euge ô; quid? Cælo non impar Euge TOLETVM.
COELVM ſidereis pluſquam ſplendoribus ô tu
Cinctum; cui luces GENIORVM; cui INGENIORVM
Lumina; cæleſtis cui quo SAPIENTIOR alter
ALDEPHONSE cluit nequicquam in templa viai
Cærula; cui fidibus Phœbo par LASSE ſoneris:
Cui VARGAE A decus gens & COVARVVIA noſtrum,
Vt ſidus pelago haud ingratum Tyndaridarum;
Cui duplici VERGARA manu, vt GOMETIA latè
Iam dios ſparſtis radios: CIACONIVS oris
Cultis cui inluxit, varijſ SIGAEA, pudici
Miraclum ſexus: Sed (eheu!) dum ſpiritus artus
Palantes animat, diſiectis diſſ ſupatis
Oſſibus incertâ Cineres iam ſede vagantur:
FAMA micat, tenebris quæ non obnoxia Mortis.
FAMA micet: MARIANNA tuo cum FAMA micabit
Nomine Cunctorum æternùm (mea vota precabor
Audiat AETERNVS:) meritò tibi FAMA relicta eſt
Cunctorum, meritò queis audis [e]*PHOEBVS APOLLO;*

[a] תולדות Tholedoth, generationes, Geneſ. II. Reuch. l. de ver. mir. Sixt. II Bib. Ego Sched. x decad. x. hor ſub. de ijs Rec-r.

[b] πόλιςτρον vrbs, ſeu τὸ λά τον λητόν locus vbi Magiſtratus publicè conueniebant. Plut. quæſt. Rom. ...

[c] á Tolem. & Rizo. Roder. Tolet. lib III. hiſt. c. III. ſeu ἀvoc. Tholus Scalig. F. l. de em. temp.

[d] Delphos & Parnaſ. Orbis vmb. (vt Hiſp. Tolet.) vocat Manil. ap. Varr. iv. de L. L. Tul. II de diu. Soph. œd. in f. III. Pyth. Strab. ix Ouid. x met. Sat. l. Theb. Pauſan.

Atq.

d Plut. Luct. alij.
e Ex eius priuilegio Tolet. conceſſ. Toletan. Aldep. R. cogn. Sapientem cōſtat.
f Vt in Oppian. Κυν. Α. φωτὸς ἀπόλλων. Mac. l. ſat.
g Pro aere ſiue cœlo Horat. l. od. Carm. l. Iuuen. ſat. l. paſſ.

Atq; TOLETANI magnumq; IOVIS incrementum
FAMA micet; longùm PISARVM FAMA micabit,
Seu, FRANCISCE tuis meritis quæ debita, ſiue
Quæ ALDEPHONSE tuis, melius victura per æuum.
GRATVLOR & cum SOLE meorū PLEIADA noſtro
NARBONARVM ingens decus, immortalia COELO
ſidera: tot radiorum te ALDEPHONSE micantum
Fax, cui uni eſt innata Catonis dia vetuſti
Religio, eloquium Demoſthenis, iuris & æqui
Vnus amor; quem iure ſuum mea PATRIA PATREM
Indigetat; quem iure ſuum meus, ingenij vi
Qui potis eſt, puri eloquij qui præſcite pennâ,
EVGENIVS Fratrem iactat; quem iure Parentem
Illi noſter Amor, communis dimidium illi
Mentis, ſubmiſſis doctrinæ faſcibus Ordo
Doctior imperium queîs defert, tempora laurus
Vltrò ſerpere avet victrix quibus auſpice FAMAE
Omine naſcentis, moderantes frena theatri
Phœbei quos gratè audit ſtudioſa iuuentus,
h *Cuius vterque audis PRINCEPS, lanugine malas*
Vix dū primæuâ veſtite, ALDEPHONSE, IOANNES:
Magna IACOBE iubes de te ſperare, ISIDORE
De te magna Patris Fratrum & veſtigia inerrans
Certa per. ô melior faxit Fortuna! ISIDORO
Et ſuper extincto iuſtum lenite dolorem,
Cuius adhuc nondum lacrumis ſine tangere ſalſis
Voce abitum poſſum memori (heù) florentibus annis.
Viuite vos tandem NARBONAE, PLEIADA nobis
Qui datis: His Euge ô, Cælo par, Euge TOLETVM.
Euge ô, ceu ſtellis Cælum fulgentibus aptum.

h Iuuentutis Principes qui ſint notum ex Liuio lib. xlii. Dione, Lampridio, alijs.

IOAN-

IOANNIS NARBONA I. C. TOLETANI.

PONTIFICII IVRIS in Toletanâ Academiâ Anteceſſoris.

DE Appellatione à Vicario ad Epiſcopum.

PARS I.

Ad Relectionem Cap. Non putamus II. de Conſuetudine.

LIB. SEXTO.

SVMMARIA.

1 *De officiali Epiſcopi ad Epiſcopum appellari non poteſt, etiam prætextu cuiuſlibet conſuetudinis.*

2 *Vicarÿ, & Epiſcopi idem eſt tribunal, & auditorium, atque vtriuſque vna & eadem perſona reputatur.*

Digitized by Google

3 *A ſenatu Principis ad ipſum Principem non appellatur.*
4 *Senatus & Princeps idem reputantur.*
5 *Iulianus Imperator in numero Senatorum ipſe ſe conſcripſit, & Senatores ei inhærere dicuntur, ſicut ſtella firmamento cœli.*
6 *Qui occidit Senatores crimen læſæ maieſtatis incurrit.*
7 *A Præfecto Prætorio ad Principem non appellabatur, & num. 113.*
8 *Præfectus Prætorio vere vice ſacra iudicabat.*
9 *Conſuetudine induci non poteſt, vt appelletur de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum, & quanam ratio?*
10 *Subſtantia appellationis exigit, vt de minori ad maius iudicium deferatur appellatio.*
11 *Conſuetudine induci non poteſt, vt alicuius actus ſubſtantia mutetur.*
12 *Sublata rei ſubſtantia res ipſa perijt.*
13 *Idem officialis, ac Vicarius eſt, & num. 16.*
14 *Vicarius dicitur, quia alterius vice fungitur.*
15 *Officialis dicitur quaſi alterius officium exercens.*
17 *Stilus Romanæ curiæ aliquando verbo* officialis, *& aliquando verbo* Vicarius, *vtitur.*
18 *Summ. Pontif. Chriſti Vicarius eſt, & vnũ idemquè tribunal cum Chriſto habet.*
19 *Defuncto Pontifice Eccleſia vacare non dicitur.*
20 *Hæreſim ſentire videtur qui à ſententia Papæ ad Christum appellat.*
21 *Vicarij, ſeu officiales Epiſcoporum iure noſtro tripliciter accipiuntur.*

22. *Le-*

22 *Legitimi, ſeu nati Vicarij dicuntur, qui à lege ipſa conſtituuntur, vt Archidiaconus, vel Archipresbyter, & Vicariorum munus exercet abſentibus Epiſcopis, & eorum officialibus, & ſedevacante dum Capitulum alium Vicarium eligit.*

23 *Sedevacante Archidiaconus monitoria cõcedere poteſt, & dimiſſorias litteras ad ſuſcipiẽdos ordines dare, dum Capitulum Vicarium eligit.*

24 *Vicarij foranei dicuntur, qui extra locum, vbi Epiſcopi ſedes eſt, iuriſdictionem exercent, & quare ſic nuncupati?*

25 *Vicarij datiui, ſeu conſtituti generales nuncupantur illi, qui ab Epiſcopo conſtituuntur, vt eius vices gerant in eiuſdem tribunali, & loco.*

26 *Deciſ. c. 2. de conſ. lib. 6. cũ generalis ſit, omnes Epiſcopi Vicarios videtur comprehendere.*
Contrarium verius, num. 28.

27 *Lex generaliter loquens generaliter intelligẽda eſt, & quoties non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

28 *A Vicario nato ad Epiſcopum appellatur, & numero 36.*

29 *Vicarij nati iuriſdictio Epiſcopi iuriſdictione inferior eſt.*

30 *Archidiaconus, vel Archipresbyter ordinariam iuriſdictionem habent.*

31 *Deciſ. c. 2. de conſuetudine lib. ſext. in Vicario foraneo locum non habet, & num. 36.*

32 *Epiſcoporum iuriſdictio ordinaria eſt.*

33 *Vicarius foraneus delegatam habet iuriſdictionem.*

34 De delegato ad delegantem prouocatur
35 Foranei Vicarij, & Epiſcopi idem tribunal non eſt.
37 De Vicario foraneo ad Epiſcopum appellari non poſſe Anaſthaſius Germonius exiſtimat, & eius opinionis fundamenta adducuntur.
38 Conuincitur Anaſt. Germon. opinio, & nu. 43. & 44. & fundamenta ab eo propoſita diluuntur. d. nu. 38. & 45.
39 Diſpoſitio, quæ ſimpliciter de officiali Epiſcopi loquitur tam de generali, quàm de foraneo accipitur.
40 Vicarius foraneus minori curatorem dare poteſt ſecundùm Gomec. contrarium Ioan. Andr. & Geminianus. ibidem.
41 Verbum officialis in c. 2. de conſuet. lib. 6. foraneum Epiſcopi Vicarium non amplectitur.
42 Verba generaliter prolata ex adiuncto interpretationem accipiunt.
46 Vt appellatio ad Epiſcopum deferatur non eſt neceſſarium quod iudex à quo, propriam habeat iuriſdictionem; ſed id tantùm vt minorem habeat.
47 Iuriſdictio delegata inferior eſt ordinaria.
48 L. 1. §. ab eo. ff. quis & à quo appelletur pugnat cum l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione.
49 Vaconij à Vaccuna expoſitio refertur.
50 Reijcitur.
51 Intellectu: Bartol.
52 Refellitur.
Et alius eiuſdem num. 106.
53 Interpretatio Cuiac. Duaren. Morl. & Faquinei adducitur.
54 Conuincitur.

55 Ve-

55 *Verior interpretatio traditur.*
56 *L. legatus 20. ff. de officio Præſidis exponitur.*
57 *L. 2. §. & cum placuiſſent, de orig. iuriſ. quæ cum dic. l. legatus pugnare videtur, remiſſiuè intelligitur.*
58 *De delegato Epiſcopi ad Epiſcopum non appellatur, ſi in fraudem Metropolitani Epiſcopus cauſſam delegauerit.*
59 *Fraus huiuſmodi per coniecturas probatur, & ea probata Epiſcopus per Metropolitanum excommunicari poteſt.*
60 *Forenſis vſus recepit, vt de Vicario foraneo Rectoris ciuitatis non Rector ipſe, ſed ipſius ſuperior pronocetur.*
61 *C. 2. de conſuetud. lib. ſext. in Vicario datiuo, ſeu conſtituto tantundem locum habet.*
62 *Vicarium generalem Epiſcopi delegatã iuriſdictionem, non ordinariam habere plurimi exiſtimarũt.*
63 *Eorum fundamenta referuntur, & numeris ſequentibus.*
64 *Qui mandatam habet iuriſdictionem proprium nihil habet, ſed mandatis iuriſdictione vtitur, & nu. 124.*
65 *Epiſcopi iuriſdictio ordinaria eſt. & num. 80.*
66 *Vna & eadem iuriſdictio aquè apud duos reſidere nõ poteſt, ſicut dominium aut poſſeſſio.*
67 *Iuriſdictio ordinaria à lege ipſa tribuitur.*
68 *Lex in iure nulla lex eſt, quæ Epiſcoporum Vicarijs expreſſè iuriſdictionem tribuat.*
69 *Iuriſdictio ordinaria reuocari non valet.*
70 *Epiſcopus Vicariũ reuocare poteſt. & quare? nu. 95.*
71 *Iuriſdictio ordinaria morte concedentis nõ ſpirat.*

Digitized by Google

72 Delegata iuriſdictio morte delegantis re integra finitur.
73 Vicarij iuriſdictio per Episcopi mortẽ ſpirat. & quare? num. 97.
74 Ordinaria iuriſdictio ab Episcopo concedi nequit.
75 Episcopi Vicarius vniuerſitatem cauſſarum committere non poteſt.
76 Delegatus vniuerſitatem cauſarum committere nõ poteſt.
77 Vicarius Episcopi non poteſt vacãtia beneficia conferre.
78 Vicarium Episcopi ordinariam iuriſdictionem habere verior eſt opinio.
79 Rationes, quibus prædicta opinio nititur, adducuntur cum numeris ſequentibus.
80 Episcopi iuriſdictio ordinaria eſt.
81 Vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet.
82 Vicarius decretum interponere poteſt in alienationibus rerum minorum.
83 Decreti interpoſitio in rebus minorum delegari minime poteſt.
84 Argumentum de Archidiacono ad Episcopi Vicarium ſumitur.
85 Archidiaconus Episcopi Vicarius eſt, & iuriſdictionem ordinariam habet.
86 Ordinarius iudex iudicẽ dare poteſt, non delegatus.
87 Vicarius Episcopi iudicem dare poteſt.
88 Vicarius Episcopi ex propria commiſsionis natura iuriſdictionem, & cauſſarum cognitionem habet, & num. ſequentib.
89. Argumentis eorum reſpondetur, qui putant Vicariũ Episco-

Epiſcopi iuriſdictionē habere delegatā. & nu. ſeqq.

90 Non omnis qui alterius vicem gerit delegatus eſt. Legatus Papæ eius vicem gerit, & tamē ordinaria iuriſdictione potitur, ibidem.

91 Vicem alterius gerentē in eodem tribunali ordinarium eſſe, ſecus ſi in diuerſo, defendit Thom. Sāch.

92 De iuriſdictione ad dominium non rectè argumentum ex mitur.

93 Iuriſdictio Epiſcopi, & Vicarij non æquè principaliter apud eos reſidet.

94 Vicarius conſtitutus permiſſione, & licētia legis, ab ipſa lege ordinariam iuriſdictionem nanciſcitur, & 109.

95 Res per quaſcumque cauſſas naſcuntur, per eaſdem diſſoluuntur.

96 Archidiaconi iuriſdictio per Epiſcopū reuocari non poteſt.

97 Vicarius in iuriſdictione, Epiſcopo aſſociatus eſt. Cum principalis cauſſa non ſubſiſtit, nec ea omnia, quæ ſequuntur ex illa, ibidem.

98 Vicarius ab Epiſcopo iuriſdictionem non accipit, ſed à lege mediante nominatione Epiſcopi.

99 Iuriſdictio Vicarij certis limitibus circūſcripta eſt.

100 A Vicario Capituli ſedevacante ad Capitulum prouocari non poteſt.

101 Sedevacāte iuriſdictio Epiſcopi ad Capitulum deuoluitur.

102 Capitulum ſedevacante generalem Vicariū conſtituit, & taliter electus iuriſdictionem habet ordinariam, & idem tribunal, & auditorium cum Capitulo conſtituit.

103 A Vi-

103 A Vicario Epiſcopi ſede vacante ad capitulum non
valet prouocari.
104 Idem in officialibus generalibus inferiorum.
105 Iure ciuili à Vicario generali ad eum, cuius vicem
gerit, non datur appellatio, vt nonnulli defendũt.
107 Contrarium verius eſſe plures exiſtimant.
108 Auctor ſædere diſtinctionis conciliat.
110 Subſtitutus ab Ordinario à Principe cum potestate
ſubſtituendi creato ordinarius iudex eſt.
111 Iure ciuili Vicarium conſtituere non licet præter ne
ceſſitatẽ, quòd ſi conſtitutus fuerit, delegatus erit.
112 Rector prouinciæ, ſeu Magiſtratus delegare poteſt
omnes cauſſas, quæ ſibi iure Magiſtratus cõpetunt,
ſiue neceſſitas immineat, ſiue non.
113 Intellectus l. à Procõſulibus. C. de appellat.
Princeps appellatur à ſentẽtijs Vicariorum ſuorum
ibidem.
114 Locũtenẽtes correctorũ (vulgo Tenientes, ſeu Al-
caldes mayores) ordinaria iuriſdictione fruũtur.
115 A ſententijs locumtenentiũ ad Correctores non pro
uocatur.
116 A Correctoribus vel Prætoribus Dominorum ad
Dominos ipſos proclamandum non eſt.
117 L. quadẽ Guadalaxara dicitur condita à Ioan. Re-
ge I. anno 1390. exponitur.
118 Per excommunicationem Epiſcopi iuriſdictio Vi-
carij ſuſpenditur.
Epiſcopo excommunicato, eius iuriſdictio ſuſpendi
tur. ibidem.
119 Epiſcopo excommunicato, eius Vicarius alium ex-
communicare non poteſt.

120 Colla-

120 *Collatio beneficij facta à Vicario, dum Epiſcopus excommunicatus eſt, non valet, ſed Vicarius ob id irregularis efficitur.*
Niſi Epiſcopus eſſet toleratus, aut occultè excõmunicatus. ibidem.
121 *Capitulo ſedevacante excommunicato, vel iuriſdictione priuato eius generalis Vicarius iuriſdictionem exercere non poterit; etiam ſi conſtitutus fuerit à Metropolitano ob negligentiam capituli, ſecundùm formam SS. Concil. Triden.*
122 *Iuriſdictio capituli ſede vacante ob eius negligentiam non deuoluitur ad Metropolitanum; ſed tantùm Vicarij deputatio.*
123 *Vicarius foraneus Epiſcopi, aut Capituli ſedevacãte poteſt non obſtante Epiſcopi, aut Capituli excõmunicatione iuriſdictionem exercere.*
124 *Pro contraria parte proponitur argumentum.*
125 *Pro eius enodatione diſtinctio adhibetur, inter integrum & captum negotium.*
126 *Recuſato Epiſcopo, Vicarij iuriſdictio ſuſpenditur.*
127 *Expoſitio l. vnica. C. ſi quacumquè pradit. pot.*
128 *Alia expoſitiones remiſſiuè.*
129 *Noua auctoris interpretatio ad d. l. vnic.*
Praefecti Pratorio Vicarios in prouincijs conſtituebant. ibidem.
130 *Gloſ. vlt. in c. 2. de conſ. in 6. exponitur.*
Vicarij & Epiſcopi non eſt idem tribunal, quoad recuſationem, & quomodo id intelligatur? ibidem.
131 *Verba ſcribentium ſecundùm iura, qua allegant, interpretanda ſunt.*

132 *Vicarius recuſari poteſt ob iuſtam Epiſcopi ſuſpicionem.*
133 *Contraria ſententia à nonnullis probatur.*
134 *Prior ſententia verior eſt, ſed non ea ratione, qua ſcribentes communiter adducuntur.*
135 *Vicarius Epiſcopi per Papam confirmatus ob iuſtã Epiſcopi ſuſpicionem recuſari non poterit.*
Vicarius à Papa confirmatus non poteſt ab Epiſcopo reuocari, ibidem.
136 *Contrarium verius eſt.*
137 *Confirmatio nihil de nouo addit, ſed actum tantum prout eſt, confirmat.*
138 *Excommunicatus ab Epiſcopo, ab eo abſolui poteſt, etiam ſi excommunicatio fuerit per Papam confirmata.*
139 *Statuentes ſtatuta per ſe condita tollere poſſunt, etſi ſtatuta per ſuperiorem fuerint confirmata.*
Confirmatio Principis non efficit, vt ciuis ſtatuta dicantur. ibidem.
140 *Vicarius à Papa conſtitutus nequit ab Epiſcopo reuocari.*
141 *Delegatus ſeu Vicarius foraneus ob iuſtam Epiſcopi ſuſpicionem recuſari poteſt.*
142 *A delegato Epiſcopi ad Vicarium ipſius rectè prouocatur, & num. 148.*
143 *Contrariæ ſententiæ aſſertores referuntur, & eorumdem fundamenta adducũtur, ibidem, & nu. ſequentibus.*
Delegato Epiſcopi recuſato ſolus Epiſcopus de cauſa recuſationis cognoſcit. ibidem.
144 *Recuſatio, & appellatio æquiparantur.*

145 *Dele*

145 Delegatus in cauſſa ſibi ab Epiſcopo commiſſa maior eſt ordinario.
146 Epiſcopus cauſſæ cognitionem alicui delegãs, iuriſdictioni Vicarij derogare videtur.
147 Opinio Abbatis Panormitani adducitur.
148 Auctor priorem ſententiam ſequitur, & argumentis aduerſæ partis ſatisfacit, & num. ſequentib.
149 Cauſſa recuſationis Epiſcopi delegato obiectam, coram Vicario diſcuti poteſt.
150 Quoties fit mentio de Epiſcopo, perſona etiam Vicarij ſubintelligitur.
151 Lex, quæ prohibet nihil ab alio prorſus præter quàm ab Epiſcopo decerni, Vicarij perſonam non excludit.
Adducitur ſacræ Congregationis declaratio, ibidē.
Intellectus c. ſi contra vnum, §. cum autem de officio deleg. lib. ſex. ibidem.
152 C. ſtaduiſti, de officio legati exponitur.
Delegatus Pontificis ad vnam cauſſam maior eſt delegato.
Secus in delegato Epiſcopi, ibidem.
153 Legatus Papæ non conſtituit idem tribunal cũ eo.
154 Sublata iuriſdictione Vicarij in vna cauſſa eo quòd alicui ſpecialiter delegatur, quoad primam inſtãtiam ſublata intelligitur, non quoad appellationem.
155 Excommunicatus ab Epiſcopo, per Vicarium abſolui poteſt.
156 Ad illum abſolutio ſpectat ad quem ligandi poteſtas pertinuit.
Et quomodo id accipiatur, ibidem.

157 Vicarij iuriſdictio per Epiſcopi obitum ſpirat.
158 Epiſcopo apud hoſtes degente eius Vicarius non poteſt iuriſdictionem exercere.
159 Captiuitas ciuilis mors dicitur.
160 Iuriſdictio Vicarij quibus modis finiatur.
161 Factum Vicarij factum Epiſcopi reputatur.
162 Epiſcopus ſententiam ſui Vicarij, vt propriam defendere tenetur.
163 Epiſcopus geſtis per ſuum Vicarium contrauenire nequit.
164 Appellatio ad Epiſcopũ delata coram Vicario proſequi poteſt.
165 Appellatio de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum ſi de facto fuerit interpoſita, proceſſus inde ſecutus nullus & inefficax eſt.
Priuatorum conſenſus iudicẽ aliquem efficere non poteſt. ibidem.
166 Appellatio omiſſo medio conſenſu partium interpoſita in iudicem, ad quem iuriſdictionẽ transfert.
Quæ de ſubſtantia alicuius actus deſiderantur, priuatorum conſenſu tolli nequeunt. ibidem.
Prouocare omiſſo medio eſt contra ſubſtantialia appellationis. ibidem.
167 De Vicario ad Epiſcopum nec extraiudicialiter valet appellari.
168 A ſententia Vicarij ad Epiſcopum ſupplicari non poteſt, & rationes, quibus hoc fundetur.
169 Contraria ſententiæ fundamentum adducitur.
Interdicta appellatione ſupplicatio ſublata non cenſetur. ibidem.
170 An ſupplicari poſſit ad Epiſcopũ, quæſtio inutilis eſt.

Suppli-

Supplicari tantumdem ad Principem licet. ibidē.
A Sententia Principis prouocari non poteſt. ibidē.
171 *Epiſcopus poteſt in integrum reſtituere contra ſententiam ſui Vicarij.*
172 *Vicarius aduerſus propriam ſententiam in integrum reſtituere poteſt, & traditur ratio.*
Vicarius, ſeu alius iudex ordinarius ſententiam ſuam retractare non poteſt. ibidem.
Differentia inter appellationem, & in integrum reſtitutionem adducitur. ibidem.
173 *Vicarius in integrum reſtituere poteſt aduerſus ſententiam ſui Epiſcopi.*
174 *De Vicario generali ad ciuitatem tantùm conſtituto ad Epiſcopum appellari nequit.*
Contrarium verius. ibidem.
175 *A ſententia diffinitiua non poteſt ad Epiſcopum appellari, ſecus ab interlocutoria.*
176 *Sententiam interlocutoriam iudex, qui eam protulit, poteſt mutare.*
177 *Epiſcopo de nullitate ſententiæ ſui Vicarij cognoſcere licet.*
178 *Iudex, qui ſententiam tulit, de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere poteſt.*
179 *Non licet à ſententia Vicarij ad Epiſcopū prouocari in his caſibus, qui in generali commiſsione continentur.*
Secus in his, qui non competunt ei, niſi ſpecialiter committantur.
180 *Caſus, qui exigūt ſpeciale mandatū, & num. ſequen.*
181 *Vicarius generalis Epiſcopi ſine ſpeciali cōmiſsione nequit beneficia conferre.*

182 *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis nõ eſſet veriſimiliter conceſſurus.*

Donare non poteſt is, cui bonorum adminiſtratio etiam libera conceſſa eſt, ibidem.

Collatio beneficiorum quædam donatio eſt. ibidem.

183 *Quæ ſunt meræ gratiæ abſque ſpeciali commiſſione expediri nequeunt.*

184 *Habens poteſtatẽ recipiendi reſignationẽ beneficiorum cauſſa permutationis, non videtur habere poteſtatẽ conſerẽdi beneficia permutare volẽtibus.*

185 *Idem in Cardinali Vicario conſtituto alicuius prouinciæ locum habere Bald. exiſtimauit.*

Contraria ſententia refertur. ibidem.

186 *Vicarius ſine peculiari Epiſcopi mandato à patrono præſentatum inſtituere non poteſt.*

187 *Cõtraria opinio traditur, quæ verior eſt, & nu. 189.*

188 *Vicarius ex ſola generali commiſſione poteſt æconomum deputare Eccleſiæ patronatæ vacanti pro eiuſdem fructuum cuſtodia.*

Ad eum pertinet Eccleſiæ vacãtis cuſtodia ad quẽ eius inſtitutio ſpectat, ibidem.

190 *Declarationes ſacræ congregationis Cardinalium S. Concil. Trid. eandem auctoritatem habent ac ſi à Papa ſcriptæ eſſent.*

191 *Non licet Vicario criminales cauſſas expediri, nec inquirere, corrigere aut punire ſubditorum exceſſus ſine ſpeciali mandato Epiſcopi.*

192 *Poteſt inquirere ſine ſpeciali commiſſione ad effectum remittendi culpabiles ad Epiſcopum.*

Qui non poteſt condẽnare, nec etiã abſoluere. ibid.

194 *Traditur contraria opinio.*

195 *Adducitur diſtinctio auctoris.*
196 *Nec poteſt Vicarius ſine ſpeciali poteſtate Clericorum bona confiſcare.*
197 *Nec dimiſſorias, ſeu commendaticias litteras ad ordines ſuſcipiendos dare, niſi Epiſcopo in remotis agente.*
198 *Menochij lapſus notatur.*
199 *Nec repreſalias concedere poteſt.*
200 *Nec matrimonio aſſiſtere, aut de matrimonialibus cauſis cognoſcere.*
201 *Contraria ſententia verior eſt.*
202 *Nec beneficium ſupprimere.*
203 *Nec alijs licentiam confeſſiones audiendi cōcedere. Contraria opinio probabilior eſt, ibidem.*
204 *Nec Vicarius in loco, vbi Epiſcopus Abbatis locū tenet, impartiri licentiam poteſt monacho cauſſa ſtudiorum proficiſcendi.*
205 *Nec monitoriales litteras pro rebus deperditis, ſeu ablatis decernere valet, vt cōmunis praxis obſeruat, & num. 209.*
206 *Contrariam opinionem plurimi tuentur.*
207 *Reſpondetur fundamentis prioris ſententiæ. Coniunctio, &, diuerſas perſonas coniungit. ibidē.*
208 *Quid auctor in hac quæſtione ſentiat.*
210 *Nec coadiutores, Vicarios imperitis Rectoribus deputare.*
211 *Nec beneficiorum reſignationes accipere.*
212 *Nec auctoritatem ad validandum ſtatutum Canonicorum de certo eorum numero interponere.*
213 *Nec ex cauſſa dotationis, fundationis, vel cōſtructionis ius patronatus alicui reſeruare poteſt.*

Digitized by Google

214 *Nec donationi iuris patronatus decretum & aucto ritatem interponere.*

215 *Nec matrimonij monitionibus diſpenſare etiam iuſta cauſſa interueniente.*

216 *Contraria ſententia communis & receptior eſt. Reſpondetur contrarijs obiectionibus. ibidem.*

217 *Quoties aliquid Epiſcopo conceditur, Vicarij perſona non excluditur.*

218 *Nec relaxare interdicta.*

219 *Nec alium Vicarium deputare, qui vices ſuas generaliter obeat, etiam ſi ſit Vicarius Papa.*

220 *Nec nouas erigere parrœchias.*

221 *Nec poteſtatem diſpenſandi habet. Quæ ſunt meræ gratiæ & voluntatis non veniunt in generali conceſſione. ibidem.*

222 *Nec pias defunctorum voluntates exſequi poteſt.*

223 *Nec beneficia vnire, aut reuocare vniones, & Eccleſias diuidere.*

214 *Nec ei diœceſim viſitare licet.*

225 *Nec indulgentias concedere.*

226 *Nec diœceſanam Synodum congregare.*

227 *Nec decretum interponere in alienationibus, vel tranſactionibus rerum Eccleſiaſticarum.*

228 *Nec à ſuis beneficijs, officijs, vel adminiſtrationibus, aut ab ordine aliquos amouere.*

229 *Nec abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt in irregularitatibus ſuſpēſionibus ex delicto occulto prouenientibus.*

230 *Nec ædificationi monaſterij per teſtatorem relicti aſſenſum, & auctoritatem interponere.*

231 *Nec imponere penſionem ſuper beneficijs, vbi Epiſcopus poſſet.*

232 *Nec cauſſam reſtitutionis in integrum decernere.*

233 *Contraria opinio verior.*

234 *Nec iuramentum purgationis canonicæ deferre.*

235 *Nec œconomum Eccleſiæ conſtituere.*

236 *Nec conſenſum præſtare, vt Metropolitanus de cauſſa cognoſcat omiſſo appellationis articulo.*

237 *Nec voluntatem puellæ habitum regularem ſuſcipere, aut profeſſionis votum emittere volentis explorare poteſt.*

238 *Nec corporales pœnas in pecuniarias conuertere.*

239 *Nec auctoritatem interponere creationi dignitatis à Canonicis facta.*

240 *Nec Eccleſias vetuſtate collapſas in matrices vel alias Eccleſias viciniores transferre.*

241 *Nec Epiſcopis à ſuis diœceſibus expulſis licentiam concedere in diœceſi ſua iuriſdictionem exercẽdi.*

242 *Nec publicas pœnitentias imponere.*

243 *Nec de ſpecialiter Epiſcopo reſeruatis cognoſcere.*

244 *Nec de crimine hæreſis cognoſcere.*

245 *Nec poteſt, ſi Epiſcopus fuerit, ea quæ ſunt ordinis exercere.*

246 *Nec poteſtatem exercendi ea quæ ſunt ordinis alteri Epiſcopo concedere.*

247 *Nec permutationes beneficiorum expedire.*

248 *Nec feudales cauſſas cognoſcere.*

249 *Nec præſentare ad beneficium ad Epiſcopi præſentationem pertinens.*

250 *Nec auctorare exemplũ ex originali ſumptum vt eandẽ vim & auctoritatem cũ originali habeat.*

251 *De Vicario ad Epiſcopum appellari non poteſt in caſibus, qui exigunt ſpeciale mandatum ſi ſimul cũ generali poteſtate ſpecialiter concedantur.*

252 *Si Vicario ſimul cum commiſſione generali, aliquæ cauſſæ ex ſpecialibus cõmittantur clauſula generali adiecta,* & ad omnia alia, &c. *in omnibus, etiã non expreſſis, ordinariam iuriſdictionem habet.*

253 *Generalis poteſtas cum expreſſione aliquorum caſuum exigentium ſpeciale mandatum, non extenditur ad ſpeciales caſus maiores expreſſis.*

254 *Si in generali mandato reſeruantur aliqui caſus requirentes ſpeciale mandatum, ceteri omnes veniunt, qui expediri non poſſunt ſine ſpeciali commiſſione.*

255 *Si ſeparatim vicario committantur ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, in his iuriſdictionem ordinariam habebit, ſi Epiſcopus in cõmiſſione dicat,* poteſtatem aliâs commiſſam ſe extendere, & ampliare.

Secus ſi in commiſſione Vicarij mentio fiat, contra Ioan. Andr. & Thom. Sanch. ibidem.

BONIFACIVS VIII. Summus quondam Romanæ ſedis moderator, & vrbi, Orbiq; nõ minus ornamento vitæ, quàm Pontificia dignitate clarus, in c.2. de cõſuetudine, lib. ſexto, hæc poſteritati mandata verba dereliquit. *Non putamus illam conſuetudinem quantocumquè tempore*

pore

pore de facto ſeruatam conſonam rationi, quòd ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum valeat appellari: Ne ab eodem ad ſe ipſum (cum ſit idem auditorium vtriuſque) appellatio interpoſita videatur. His non diſsimile Innocentij IV. decretum in c. Romana 3. infra, de appellationibus. *Cum ſuffraganeorum* (inquit) *Remenſis Eccleſiæ, ſuorumque officialium (qui generaliter de cauſsis ad ipſorum forū pertinentibus, eorum vices ſupplendo cognoſcunt) vnum & idem conſiſtorium, ſiue auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos (ne ab eiſdem ad ſe ipſos interponi appellatio videatur) ſed de iure ad Remenſem eſt curiam appellandum.* Ex quibus veriſsimum illud iuris noſtri axioma depromittur. Appellationem de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum interponi non poſſe; adeò vt contrarium vi cuiuslibet conſuetudinis induci nequeat, quòd crebriori Interpretum calculo & vna ſcribentium opinione receptum, & comprobatum eſt. Vt videre licet præter Claſsicos in dictis iuribus apud Abb. in c. ſi quis 1. lect. num. 26. & in 2. num. 31. extra de foro comp. & in c. cum terra, num. 1. de electione, Bart. in l. 1. in fine. ff. quis & à quo appel. Veroi. in rubr. de appellationibus, num. 4. & conſi. 22. num. 13. vol. 1. & conſil. 149. nu. 13. vol. 3. Ang.

de Gambilionibus, in l. quod dicitur, num. 9. ff. quis & à quo appelletur, Puteus deciſ. 94. in fin. lib. 1. Anaſthaſ. Germon. lib. 1. animaduerſ. iur. c. 7. per totum Petr. Gregor. in c. conquerente, de officio ordinar. c. 11. num. 22. Iacob. Menoch. tom. 1. conſiliorum, conſil. 51. nu. 12. cum ſequentibus, Ioan. Picard. inter conſilia Menochij, conſil. 52. num. 17. 108. & 160. volum. 1. Paz in praxi, tom. 2. prӕludio 3. num. 4. Greg. Lopez in l. 2. titu. 4. par. 3. glo. 1. poſt mediũ, Segura in direct. iudic. 2. part. c. 16. nu. 3. Sbrocius de Vicario Epiſcopi, lib. 1. quӕſt. 22. nu. 8. & lib. 3. quӕſt. 2. Lancell. in. §. final. cum glo. verbo Vicarium generalem, inſtitutionũ de officio Vicarij, Ant. Cuc. lib. 2. inſtit. maior. titu. 8. de Vicarijs, per totum, Thomas Sanchez de matrimonio, tom. 1. lib. 3. diſput. 29. quӕſt. 1. num. 12. Bartolom. Vgolin. de officio & poteſtate Epiſcopi. c. 4. §. 9. nu. 2. Mohedan. deciſ. 5. ſub titu. de appellationibus, & ibi Ioan. Paul. Bonfiol. eius additionator, Azor lib. 3. inſtitut. moral. c. 43. Marqueſan. de commiſ. vtriuſque ſignaturӕ 1. par. c. 6. nu. 67. Iacob. Laurẽtius in tract. de iudic. ſuſpect. c. 4. nu. 12. Cardin. Tuſc. practic. concl. iuris, litter. V. concluſ. 184. num. 1. & concl. 186. num. 1. & 2. Rota in titul. de officio Vicarij, deciſ. 3. aliás 350. in nouis, & deciſ.

ciſ.1131.tom.3.diuerſorum. Cuius rei rationem aliunde perquirere ſuperuacaneum reor, cum ſuperiora iura illam exprimant,ibi:*Ne ab eodem ad ſe ipſum(cum ſit idem auditorium vtriuſque)appellatio interpoſita videatur.* & ibi: *Ne ab eiſdem ad ſe ipſos interponi appellatio videatur.* Ratio enim his verbis manifeſtè oſtẽditur quare de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum appellatio omnino prohibeatur, nam cum officialis Epiſcopi,& ipſius Epiſcopi vnum tribunal & auditorium cenſeatur,eademque inſuper perſona iudicetur,naturalis ratio dictat, ne de ſui ipſius ſententiæ iniquitate iudicium elargiatur. 2

Hinc Adrianus perpetua conſtitutione cauit, ne Princeps á ſenatu appellari poſſet, vt refert Vlp.in.l.1.in principio.ff.á quibus appel.non licet, quia á Principe ad eundem prouocari videretur,cum Senatus Princeps ſit. l. quiſquis.5. C.ad leg.Iul.maieſtat. l.1. §. de qua autem iuncta glo.verbo Senatus.ff.de poſtulando,Iaſ.in.l. quo minus,num.2.ff.de fluminibus,Treuiſ.deciſ.59.nu.19.lib.1.Proſper.Faſet.conſi.183.nu.3. Grauet.alios referens conſil.198.num.7.& conſil.144.nu.20. Quare Iulianus ipſe in.l.ius ſenatorũ.8. C.de dignitatibus,lib.12.in ordine ſenatorum connumeratur,& ſenatores Principi in- 3 8 4 5

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hærere dicuntur, ſicut ſtellæ firmamento cæli;
5 vt tradit Fontanel. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 3. gloſ. 1. num. 4. ac proinde, qui eos occidit, vel
6 in eos machinatur, in Principem machinari, & læſſæ maieſtatis crimen videntur commiſiſſe. d. l. quiſquis, cum pluribus quæ tradit Farin. de crimine læſſæ maieſtatis, quæſt. 112. inſpect. 1. num. 64. volum. 4.

Nec Romanum ius à Præfecto Prætorio ad Principem appellari ſinebat. l. à Proconſulibus 19. C. de appel. l. 1. C. de ſentētijs Præf. Pręt. l. 1. de officio Præf. Pręt. l. Præfecti 17. ff. de minor, quia
7 vt ait lex à Proconſulibus 16. de appel. in Cod. Theodoſ. ſolus Præfectus Prætorio vice ſacra iu
8 dicat, cæteri per imaginem, & ideò ab eo appellari non poteſt, ne vt ibidem Conſtantinus inquit: *Iam noſtra contingi veneratio videatur*, id eſt ne à nobis ipſis appellari videatur, vt eleganter expendit Cuiac. in recitationibus ad. l. eos qui. 6. C. de appellat.

Nec enim conſuetudine induci poteſt quan-
9 tocumque tempore fuerit ſeruata, quòd de officiali Epiſcopi ad Epiſcopū appelletur, vt in præſenti Bonifacius innuit: quia cum huiuſmodi prouocatio appellationis naturam & eſſentiam
10 ſubuertat, cuius ſubſtātia in eo potiſsimùm con

ſiſtit,

ſiſtit, vt de inferiori ad ſuperiorem iudicem deferatur iuxtà tex. in. c. Anteriorum 28. §. illo videlicet 2. quæſt. 6. ſub illis verbis: *Cum nõ oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere, &c.* c. hoc etiam, eadem cauſſa, & quæſt. c. cum appellationibus, infra de appel. l. 1. §. ab eo. ff. quis & á quo appelletur. l. 1. §. ſi quis in appellatione, & in. l. Imperatores. ff. de appel. l. præcipimus. C. eodẽ titu. l. Præfecti. §. final, de minor. glo. in præſenti, verbo *officiali*, & verbo *appellari*, in fine, in. c. ſi contra. 4. infra de officio delegati, Anchar. in præſenti, nu. 2. Abb. in rubrica extra de appellat. nu. 2. Decius num. 4. Auguſt. Beroi. num. 11. 13. & 20. & ferè omnes communiter ibidem. Rochus, in c. final. num. 229. Extra eod. Rebuf. 3. tom. comment. ad. ll. Gal. in tractat. de appellat. in præfat. num. 2. Vnde cum non valeat conſuetudine in-
duci, vt alicuius actus ſubſtantia mutetur, vti ad 11
rem noſtrã tradit Philip. Franc. in præſenti, nu. 7. Abb. quæſt. 1. num. 26. Immol. in. c. poſtulaſtis, num. 9. paulò ante medium de cõceſsione præbendæ. Barbatia in rubrica de fide inſtr. nu. 141. Ant. Burgenſ. in. c. cum omnes, nu. 319. de conſtitut. Tiber. Decianus, plures referens tom. 5. conſil. 2. num. 12. Rebuf. vbi ſupra num. 4. & 5.

Petrus

Petrus Surd. conſi. 47. nu. 13. & conſi. 106. nu. 10.
12 vol. 1. & Scribentes communiter in. c. final. per tex. ibi extra de cond. appoſit; quia ſublata rei ſubſtãtia res ipſa deficit. l. Iulianus. §. ſi quis rem, ff. ad exhibendum, ideò cum Epiſcopus ſui officialis reſpectu eadem perſona, vnum tribunal, & auditorium reputetur, nimirùm ſi ſecùs fiat, id eſt, ſi de officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum appellatio deferatur, tamquam ſubſtantiæ appellationis repugnans, nullo temporis ſuffragio coadiuuari Bonifacius in præſenti cõſtituat. Cui veriſsimæ rationi ſubſcribũt præter relatos, Decius in. c. dilecti, el. 3. nu. 4. extra de appellat. Sbroc. alios cumulans, d. tract. de Vicario Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 2. num. 2. 3. & 4. Paz in praxi, tom. 2. præludio 3. num. 3. Marqueſan. de commiſsione vtriuſque ſignatur, 1. part. c. 6. nu. 67.

13 Nunc autem libet in præſentis tractatus limine, vt textui noſtro, & eius relectioni planus aditus fiat, prælibare, idem officialem, ac Vicarium
14 eſſe. Nam quemadmodum Vicarius ex eo ita dicitur, quòd alterius vice fungatur. l. ſciẽdum 4. §. legati. l. Vicarius 13. ff. de legationibus. l. 1. & 2. C. de officio eius. præclarè Caſsiodorus, lib. 6. Variarum in formulá 15. Vicarij vrbis. *Vices agentium* (ait) *mos eſt, ſic iudicum voluntatibus obedire,*

lumi-

vt ſuas non habeant dignitates. Splendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis, & quædam imago in illis videtur eſſe veritatis, qui proprij non habẽt iura fulgoris. & inferiùs, *vice ſacra ſententiam dicis*, id eſt (vt interpretor) Principis loco ius dicis, quò etiam ſpectat illud Ammiani Marcellini, lib. 14. *Et nequid ſuſpicaretur* (inquit) *aduerſi venturus, Vicarius eius, dum redit, Proſper miſſus eſt Comes*, ſucceſſorem autem Vicarium appellari non eſt quod quiſquam miretur quandoquidem in locũ eius, cuius vicem agit, ingreditur, & ſuccedit, & elegantiſsima verba Columellæ, lib. 11. c. 15. de re ruſtica: *Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & Vicarius meæ diligentiæ ſuccedit, is ea, quæ ego ſcire debet.* Et Ciceronis 5. in Verrem: *Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos, vt ijs ne Vicarij quidem ſucceſſerint.* Et alibi. 6. in Verrem: *Si hoc* (inquit) *quod abs te poſtulo minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, ſuccedam ego Vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabere.* Et pro Roſcio. Amer. *Propterea quòd quibus rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his Vicaria fides amicorũ ſupponitur.* De nominatione nimirùm à ſeruorum ſeruis olim deducta; nam Vicarius dicebatur ſeruus inferioris notæ, & qui ipſius ordinarij

ſerui, ſeruus erat, vt ex l. 6. 7. 17. de peculio, & ex l. 5. de tribut. acti. notat Ræuar. lib. 5. varior. c. 20. Vnde in Gloſſario veteri Vicarius, δουλοδοῦλος, quaſi ſerui ſeruus. Martia. explicat epig. 18. lib. 2.

Eſſe ſat eſt ſeruum, jam nolo Vicarius eſſe.

Cui concinunt Senec. c. 8. de tranquilit. animi, & alij quos tradit Cælius Rodig. lib. 13. c. 53. Lipſius in Senec. & Rader. in Martial. Ita ſimiliter
15 officialis dicitur quaſi alterius officium exercẽs: vt notat Petrus Greg. in c. conquerente de officio ordinarij, c. 11. num. 21. ſic apud Apuleium, Metam. lib. 1. Miniſter, ſeu Vicarius Magiſtratus appellatur his verbis: *Iubet officialem ſuum inſuper piſces inſcẽdere: ac pedibus ſuis totos obterere,* & alibi: *Sed iuſſit Poteſtas officialem ſuum magna ſeueritate coerceri.* Hinc ait Ioannes Andreas in
16 addit. ad Speculatorem in rubrica de officio Vicarij, verba iſta ſinonyma eſſe, & idem ſignificare officialis verbum, quod Vicarius; ſequitur Barbat. in Clement. etſi principalis de reſcrip. nu. 16. inquiens opinionem Ioan. Andr. veram eſſe, & ſic in effectu nullam differentiã verſari, ſed tantùm in nomine. Eamdem opinionem tenuerũt Toletañ. noſter Scæuola Dida. Couar. lib. 3. var. c. 20. num 46. Hipol. Rimin. num. 113. in rub. ff. de offic. eius. Mandoſ. in tract. de commiſsioni-

bus

Digitized by Google

bus in commiſsione per breue 28. verbo Vicario: & in regul. 14. Chancel. quæſt. 6. nu. 16. communé & receptam dicit Sbroc. d. lib. 1. quæſt. 7. à num. 7. cum ſequẽtibus, Gonçal. in reg. 8. Chancel. gloſ. 5. §. 3. num. 8. quidquid in contrarium dixerint Gulielmus in Clement. 1. num. 13. cum ſequentibus de officio Vicarij, & Federic. de Senis conſ. 302. num. 4. perperam inter Vicarium, & officialem differentiam conſtituentes, quos refert, & improbat Bernard. Diaz in pract. crimin. canonic. c. 3. num. 2. & Menoch. lib. 1. conſil. 51. num. 38. conducit ſacroſanctum Concilium Tridentinum, ſeſ. 24. de reformatione, c. 16. ibi: *Officialem, ſeu Vicarium, &c.* Quæ verba cum eamdem ſignificationem, & eumdem ſenſum habeant, Romanæ Curiæ ſtilus obſeruat, vt in ex- 17
peditionibus, ſeu delegationibus ad Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epyrum, ſiue Albaniam, Sclauoniam, Cyprum, & Cretam, & partes Oriẽtales, Siciliam, Sardiniam, & Corſicam concernẽtibus Chancellaria verbo Vicario ſemper vtatur, hac formula: *Dilecto filio Vicario Bononienſi venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Bononienſis in ſpiritualibus generali.* Sed vltra montes Alpinos, vt in Hiſpania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & Africa officiales nominantur his ver-

bis: *Dilecto filio noſtro officiali Toletano,&c.* vt teſtatur Hieron. Paul. in pract. Chãcel. Lapũ,& Ioan. de lign. referens, fol. mihi 7. & 8. Quinctil. Mãd. in tract. de monitorijs, quęſt. 60. verbo eorumquè, nu. 8. & in d. tract. de commiſsionibus, cõmiſsione per breue 28. verb. Vicario Bononienſi, & in regul. 14. Chancellariæ, quæſt. 6. nu. 8. Iacobus Sbrocius in tractat. de Vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 2. num. 10. Quæ omnia cum vera ſint; quoties dicitur de officiali Epiſcopi ad Epiſcopũ appellari non poſſe, nihil aliud intelligitur quàm quod de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum appellatio interponi nequeat, cum vnum ſit tribunal & auditorium vtriuſquè; alioqui de ſe ipſo ad ſe ipſum (contra naturam appellationis & ſubſtantiam) appellatio (vt diximus) interponeretur.

Hinc cum ſummus Pontifex Chriſti D.N. Vi-
18 carius ſit, c. inter corporalia, c. quanto, c. licet de translatione Epiſcopi, & vnum idemque tribunal, & conſiſtorium cum Chriſto habeat ſecundùm Innocentium, Hoſtienſem, & alios in d.c. quanto, Franc. Marc. quæſt. 1311. num. 1. tom. 1. Iacob. Laurentium in tract. de iudic. ſuſpecto, c. 2.
19 num. 3. adeò vt defuncto Pontifice Eccleſia vacare non dicatur, vti ex gloſ. in Clementina ne Romana de electione, & Innocen. in d.c. quanto,

to, tradit Franciſcus Marc. vbi ſupra, num. 2. ideò hæreſim ſentire videtur, qui à ſententia Papæ ad Chriſtum appellat, quaſi Papam Chriſti non eſſe Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, vt Ioannes Gaufredus inquit in collectario iuris in c. quæ multoties, num. 10. de reg. iur. Alexan. in c. perceptis col. 2. diſtin. 12. Palac. Rubeus de iure obtentionis Regni Nauarræ 2. part. §. 4. in principio. 20

Aduertendum tamen eſt Vicarios, ſeu officiales Epiſcopi in iure noſtro tripliciter accipi; quidam nati, ſeu legitimi ſunt, foranei cõſtituti alij, alij verò dati, ſiue conſtituti generales nuncupãtur. Legitimi nam; ſeu nati dicũtũr qui à lege ipſa conſtituti ſunt: Archidiaconus videlicet, & Archipresbyter, c. 1. extra de officio Archidiaconi in principio illis verbis: *Vt Archidiaconus poſt Epiſcopum ſciat ſe Vicarium eſſe in omnibus:* & in calce, ibi: *Ad vicem ſui Epiſcopi Vicarius reperiatur*. c. vt ſingule de officio Archipresbyteri, Butrius, & alij in d. c. 1. de officio Archid. Hoſtienſ. in ſumm. eodem titul. num. 1. & 4. & in titul. de officio Archipresbyteri. num. 2. Mandoſ. reg. 14. Chancel. quæſt. 6. num. 16. Pater Azor lib. 3. inſt. mor. 2. part. c. 14. in principio, & in verſic. ſexto quæritur, & c. 15. verſic. alter vero, Marant. de

21 (line: les Epiſcopi…) 22 (line: tur. Legitimi…) 23 (line: tur. c. vt ſingule…)

ordin.iudic.4.part.diſtin.5.principal.num.7. Archidiaconi enim ipſo iure abſque aliquo facto Epiſcopis abſentibus, & eorum officialibus Vicariorũ munus exercent, vti ex Butrio, Hoſtienſ. Mandoſ. Fran. Marc. & alijs tradit Sbrocius lib.1. de Vicario Epiſcopi, quæſt.2.nu.15. & quæſt.36. num.10. & ſede vacante dum Capitulum Vicarium eligit, eius vicem in omnibus ſubſtinent. Foller. in comment. ad conſt. Regni, titu. de ſacroſ. Eccleſ. in c. ad audientiam, num. 75. poſt Abb. in c. dilecto, nu.3. de officio Archid. Vnde
23 ſede vacante, vel abſente Epiſcopo nullo per eũ Vicario relicto Archidiaconus monitoria concedere poteſt, vt nouiſsimè tradit Petrus Lazarius de monitorijs, ſect.1. quæſt.6. num.11. & dimiſſorias litteras ad ſuſcipiendos ordines dare, & alia plura exercere, vt tradit Cuccus inſt. maior. lib.2. titu.9. de officio Archid. num.17.

Foranei autem illi appellantur, qui extra Ciui-
24 tatem in qua eſt Epiſcopi ſedes, iuriſdictionem exercent, vt potè quos Epiſcopus in certa diœceſis parte, vel in oppidis conſtituit, glo. in Clementina, etſi principalis verbo foraneus de reſcriptis, & in c. 1. eodem verbo de officio ordin. hoc libro, & vtrobiquè DD. & in rubr. ff. de officio eius, vbi Caleſatus num.48. Alexan. conſi.12. num.3.

Digitized by Google

num.3.vol.6. Franciſcus Marc. in deciſsionibus
Delphinatus 1.part.quæſt.317.num.17. Ant.Cuc
cus lib.2.inſtitut.maior.c.8.de Vicarijs, num.3.
Maranta de ordin.iudiciorũ 4.part.quinta prin-
cipali diſtin.num.14. Ob idquè foranei nuncu-
pantur, quia foris, id eſt extra locum, in quo Epiſ
copalis ſedes eſt, Epiſcopi vice fungũtur, vel quia
forum teneant, aut quia de foris veniãt, vt ait gl.
vbi ſupra verbo foraneus in d. c.1. de officio or-
din.in 6.Silueſt.in ſum.verbo Vicarius, quæſt.4.
in principio, notat Rebuf.in praxi beneficiali, ti-
tul. de forma & declaratione nouæ prouiſionis,
verbo officiali Epiſcopi, num.1. Anaſthaſius Ger
monius lib.1.animaduerſ.iur.c.7.in principio.

Datiui tandẽ Vicarij, ſeu conſtituti generales
appellãtur hi, quos Epiſcopus creauit, vel conſti 25
tuit vt eius vices gererent in eodem tribunali &
loco, in quo ipſe ius dicere conſueuit, vt tradit
Bartol. Maranta, Calephatus, Alexand. Franciſ-
cus Marcus, & Couar. relati à Iacobo Sbrocio
lib.1. de Vicario Epiſcopi, quæſtio.2. numer.4.
Sanè cum hij omnes ſint Epiſcoporum Vica-
rij, inde velut in quandam conſequentiam de- 26
ducitur, prohibitionem appellationis de Vicario
Epiſcopi ad Epiſcopum vt potè generalem à Bo
nifacio in præſenti prolatam vniuerſos Epiſcopi
Vica-

Vicarios comprehendere,ita vt à cuiuslibet eo-
rum ſententijs ad Epiſcopũ prouocari non poſ-
ſit,cum generalis legis deciſsio generalem intel
27 lectum accipiat, l.1. §. generaliter, ff. de legatis
præſtandis, l.final.in fine, vbi Angel. C.de dotis
promiſsione,ſequitur Iaſ.in.l.qui Romæ, §. duo
fratres, nu.110. ff. de verborum obligationibus.
Hinc eſt quod dici ſolet, quòd ſi lex non diſtin-
guit, nec nos diſtinguere debemus, l.de pretio,
ff.de publ.in rem acti.c.quia circa 22. de priuile-
gijs, c.Romanorum 9. diſt.cum pluribus alijs,
quæ tradunt Bart.in l.3.ff.de officio præſid. Iaſ.
in l.quamuis de in ius vocando,& in l. non du-
bium,num. 58. verſic. item ad iſtam, C.de legi-
bus.

Contrarium tamen nihilominus verius eſt, nã
28 de ſententia lata à Vicario nato,id eſt Archidia-
cono,vel Archipresbytero rectè ad Epiſcopum
appellatio defertur. Vt Innocentius IIII. docet
in d.c.Romana.§.ab Archidiaconis infra de ap-
pellat.dum ait: *Ab Archidiaconis verò alijsquè in-
ferioribus Prælatis ſuffraganeis ſubiectis eiuſdem,
& eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet,
& non ad eãdem Curiam omiſsis dictis ſuffraganeis
appellari*. Quod quidem ideò fit, quia ratio, ob
quam prohibetur appellatio de Vicario ad Epiſ-
copum,

copum, in præſenti eo nititur, quod Vicarij & Epiſcopi vnum tribunal, & auditorium ſit, quæ ratio omnino in Vicario nato ceſſat, cuius iuriſ- 29
dictio inferior, & ſeparata ab Epiſcopi iuriſdi- 1ε
ctione eſt, nec vtriuſque idem tribunal reputatur, nam licèt ipſe Archidiaconus, vel Archipreſ
byter ordinaria à lege ratione officij, & dignita- 30
tis ſibi tributa, fruatur iuriſdictione, vt docet gloſ. in c. vt ſingulæ verò referant de officio Archipresbyteri per tex. in c. 3. de officio iud. ordi. ιε
& in c. 1. de conſanguinitate, & affinitate. Hoſtienſis in ſumma, tit. de officio Archidiac. nu. 4. Cardinalis, & Innoc. in d. c. 1. de officio Archidiac. Maranta de ordin. iudic. 4. part. diſtin. 5. principal. à num. 6. vſque ad 9. Ant. Cucchus, lib. 2. inſtit. maior. titu. 10. de officio Archidiac. num. 18. vſque ad 20. Pater Azor lib. 3. inſt. moral. 2. par. c. 15. verſi. alter vero, & verſi. ſexto quęritur: non tamen eamdem, quam Epiſcopus, ſed inferiorem quidem obtinet, vt colligitur, ex d. §. ab Archidiaconis, ibi: *Alijsque inferioribus*. c. ad hæc de officio Archidiac. cum ſimilibus. Ant. Cucchus d. titu. 8. de Vicarijs, num. 23. & ſequenti; vnde cum prohibitionis ratio, de qua in præſenti in Vicario nato ceſſet, ab eius ſententia, vt ab inferiore iudice prolata, rectè ad Epiſcopum

E appella-

Digitized by Google

appellabitur, quamuis prohibitio generalis omnes Epiſcopi Vicarios regulariter comprehédente videretur.

31 Rurſus nec locum habet prædicta prohibitio in Vicario foraneo, nam cum ipſe diuerſam ab Epiſcopo iuriſdictionem habeat, ſiquidem Epiſ-

32 copus ordinaria, c. cum Epiſcopus 7. infra de officio ordinarij, c. conquerente, c. cum dilectus extra eodem c. cum venerabilis de except. ipſe

33 verò delegatá ab Epiſcopo iuriſdictione fruatur, glo. in Clementina 2. verbo foraneus, & ibi Cardinalis de reſcript. Bart. in l. 1. in fine nu. 2. ff. quis & à quo appel. Alexan. & alij in rub. ff. de officio eius, idem Alexan. conſi. 12. num. 3. vol. 6. Felin. in rubr. de officio delegati, num. 41. Purpurat. in d. l. more 5. num. 94. ff. de iur. omnium iud. & in rubr. ff. de officio eius, num. 10. in fine, Nauarr. conſi. 36. num. 1. Bened. Capra in repet. Clemen. & ſi principalis, num. 52. de reſcript. Marant. Berthac. Couar. & alij relati à Sbrocio d. tractat. de Vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 13. num. 8. & quæſt. 20. num. 4. & queſt. 21. & 22. per totam, & quæſt. 43. num. 6. & lib. 2. quæſt. 62. num. 27. Siluest. in ſumma, verbo Vicarius, in principio verſic. tertio quia, Auila de cenſuris 2. part. c. 6. diſput. 6. dubio 4. Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi,

copi, c4. §. 9. num. 2. Iacob. Lauren. de iudice. ſuſpecto, c. 4. num. 14. ante finem. Cumquè iure 34 noſtro, more maiorum, comparatum ſit, de delegato ad delegantem prouocari poſſe, c. ſuper. quæſtionem 27. §. porrò de officio & poteſtate iud. deleg. c. dilecti de appel. vbi communiter notatur. l. 1. & vltima, ff. quis & à quo appel. l. præcipimus 32. §. hæc ſi appellatio. C. de appellat. l. vnica, verſic. hæc teneant, C. qui pro ſua iuriſdictione, authen. de iudicibus, §. illo cuſtodiendo, Calderin. conſi. 214. aliàs 8. de appellat. Annania. conſi. 51. in fine, Caſtr. conſi. 124. incipienti, viſo puncto, num. 1. lib. 2. Franciſcus Marc. quæſt. 73. num. 2. & quæſt. 345. num. 4. tom. 1. & quæſt. 535. num. 9. tom. 2. Martinus Frecia, alios referens de ſub feudis Baronum, lib. 2. fol. 346. num. 4. Lancel. inſt. ead. §. final. verbo Vicarium, de officio Vicarij. Couarr. d. c. 4. pract. num. 8. Thuſcus, pract. concl. iur. litte. A. conclu. 312. nu. 40. Ideò, de Vicario foraneo tanquam à delegato, ad 35 Epiſcopum delegantem cum idem tribunal & auditorium non conſtituant, meritò appellatio defertur, Ioan. Andr. Innoc. Archidia. Anchar. Geminianus, & Philip. Franc. in præſenti, Card. in d. Clement. 2. num. 24. de reſcriptis, Bart. in d. §. 1. ligis 1. num. 2. ff. quis & à quo appelletur, 36

Alexan.conſi.12.lib.6.nu.3.verſi. nec etiam prædictis, Felinus in rub. de officio deleg. circa fin. Guidon. Papæ deciſ.436. nu.42. Purp.in rub.de officio eius,num.10.in fine, Bened.Capr.in Clement.& ſi principalis,num.52.de reſcript. Franciſcus Marc.deciſ.281.nu.6. part.1. Mandoſ.reg. 24.Chanc.quæſt.6.num.6.Maran.de ordine iudic.4.par.5.diſtin.princip.nu.14.&15.& part.6. actu 2. num.369. & ſequent. communem dicit Couar.d.c.4.pract.num.8.Zerola. in praxi Epiſcopali,1.par.verbo.Vicarius,§.2. Sbroc.d. tract. lib.2.quæſt.62.num.6.& 7.& lib.3. quæſt.6. nu. 24.& 25. Azor lib.3.inſt. moralium, c.45.verſic. duodecimo quarto,& verſi.final.Garc.de benef. tom.1.5.parte,c.8.num.29.vbi alios refert. Marqueſ. de commiſsionibus 1.parte, c.6. num. 67. Thom.Sanchez de matrimonio,d.lib.3.diſput. 29.num.10.& 12.Iacobus Lauren.in tract.de iudice ſuſpecto,c.4.nu.14. in fine,Thuſcus pract.
11 concl.litter. A. concl.350.num.43. & litter. V. concl.185.num.9.& concl.186.num.6.Auila,& Vgolin.vbi ſupra,Rota deciſ.3. de officio Vicarij alias 350.in nouiſ.& deciſ.297.num.11. part.2. diuerſorum, ſicque in vna Abulenſi iudicatum fuiſſe docet Garc.proxime adductus.
36 Ex his omnibus manifeſte deducitur Bonifacium

ciũ VIII. in præſenti de hoc Vicariorũ genere nõ cogitaſſe, dum generaliter cõſtituit, vt de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopũ appellatio non interponatur, vti obſeruauit Gloſ. noſtra, verbo *officiali*, & in d. Clement. 2. verbo *foraneo*, de reſcript. Gemin. in c. 1. de officio ord. hoc lib. Calder. conſi. 2. de appellat. & DD. ſupra citati.

Ex quibus ſanè facilè colliges neutiquam ſubſiſtere poſſe Anaſt. Germ. ſententiam, viri quidẽ acuti, dum lib. 1. animad. c. 7. & de indultis Card. §. tibi quoad vixeris, num. 88. eo ſe crimine adſtringere videatur (ſi modò in eo crimen cenſeri queat) vt contra communem propugnarit de 37
Vicario foraneo ad Epiſcopum appellationem non admitti. Comprobat itaque Germonius ſuam ſententiam, primò ex tex. noſtro, in quo Rom. Pont. ſtatuit de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum non poſſe appellari, ergo de Vicario foraneo (inquit) ad Epiſcopum appellari non poterit, ſiquidem Vicarius foraneus ſimpliciter officialis Epiſcopi dicitur, c. vltimo de officio Vicarij, lib. 6. ibi: *Officialis, aut generalis Vicarius, &c.* Quod idem eſt, ac ſi diceret, foraneus Vicarius, vel generalis: facit etiam Cap. cum nullus de temporibus ordi. hoc lib. Comprobat deinde ex eo quòd quando iura loquuntur de Vicario generali,

rali, eum officialem principalem, vel generalem appellant. vt conſtat ex Clement. 2. de reſcriptis ibi: *Principalis officialis Epiſcopi*, & ex d.c. vltimo de officio Vicarij, illis verbis: *Aut Vicarius generalis Epiſcopi*: ergo videtur dicendum, tex. noſtrum ſimpliciter de officiali loquentem, de Vicario foraneo accipiendum eſſe.

Proinde in eamdem ſentẽtiam mouetur alio argumento deſumpto, ex d.c. Romana §. ab Archidiaconis infra de appellationibus, vbi ab Archidiaconis, & ab alijs inferioribus Prælatis, vel eorum officialibus ad ſuffraganeos ipſos, id eſt ad Epiſcopos, non ad Archiepiſcopum appellandum eſſe Pontifex docuit, & reddit rationẽ, quia Archidiaconi, & alij inferiores Prælati propriam habent iuriſdictionem, & Epiſcopo inferiores ſunt. Tunc ſic argumentatur; requiritur propria Vicarij iuriſdictio, vt ad Epiſcopum poſsit prouocari, ergo à Vicario foraneo appellari non poteſt, quia Vicarius foraneus alienã, hoc eſt Epiſcopalem tuetur iuriſdictionem, & vna perſona ſimul cum Epiſcopo cenſetur; ergo ſi propriam non habet iuriſdictionem, ſed Epiſcopalem, non ad ipſum Epiſcopum, cuius perſonam repreſentat, ſed ad ſuperiorem appellandum eſt.

Miror tamen, dum hæc contemplor, virum

doctum

Digitized by Google

doctum ita inſipidè erraſſe, & tam leuibus fundamentis à cõmuni ſententia receſſiſſe, quibus & ſi ſatisfacere neglexerint Thomas Sanchez d. lib. 3. diſput. 29. quæſt. 1. num. 12. & Garc. d. tract. de benef. part. 5. tom. 1. num. 32. licèt eumdem Germoniũ reprehendát. Ego tamen nè fortaſſè in cautum quemquam fallaciter decipiam, diſſoluere non ſubterfugiam. 38

Primum enim molli (vt aiũt) brachio depellã; decipitur enim prædictus auctor, vt ſuam comprobet ſententiã, Pontificũ verbis in d. c. vltim. infra de officio Vicarij, & in d. c. cũ nullus infra de tẽpor. ordi. iuncta Clement. 2. de reſcriptis, ex quibus ipſe deducit verbum *officialis*, ſimpliciter prolatũ ſolùm ad foraneum Vicarium referendũ eſſe, quod neque eorum verbis comprobatur, neque aliqua veriſsimili ratione defendi poteſt: nam ibi Põtifices Summi Vicarium foraneum ſimplici *officialis*, verbo nominarunt, non vt propriam verbi *officialis*, ſignificationem exprimerent, quaſi illo verbo, non alius, quàm Vicarius foraneus regulariter comprehendatur; & ex diuerſo generalem Vicarium, principalem officialem, ſeu Vicarium generalem appellant, non vt ſignificent, ad denominandum Vicarium generalem, verbum *officialis*, ſufficiẽs non eſſe abſque

adie-

adiectione *principalis*, aut *generalis*, ſed potiùs,
vt palàm & ſine vlla dubitatione percipiatur, an
de generali Vicario, an de foraneo, vel de vtro-
què loquantur, vnde verbum illud *officialis*, ap-
poſitum in dictis iuribus de foraneo tantùm Vi-
cario accipitur, non quia hoc verbum genuina,
& propria ſignificatione ad Vicarium foraneum
ſolùm pertineat, ſed quia ibi Pontifices genera-
lem poſtea ſpecialiter nominarunt, ideò ad eũm
39 referri nequit, ſed ad foraneum tantùm, aliàs
enim ſi ſimpliciter officialem Epiſcopi dixiſſent,
tam de Vicario generali, quàm de foraneo lo-
quutos fuiſſe credendum eſſet, iuxta ea, quæ ſu-
periùs num. 13. & 16. obſeruauimus, & colligitur
ex his, quæ tradit Sbroc. d. tract. de Vicario Epiſ-
copi, lib. 1. quæſt. 2. num. 10. per totam, & Franc.
Coſci. in rub. de officio delegati, num 31. pro quo
facit glo. celebris verbo *obtinentibus*, in c. ſtatu-
tum, in principio de reſcriptis hoc lib. 6. quæ ait
diſpoſitionem de officiali loquente non ſolùm
in principali, ſed in foraneo etiam locum habe-
re. Per quam gloſſam ita interpretatur Gome-
cius, tex. in c. ſi annum, in §. ſi verò infra de iudi
cijs, dum in commentarijs ad eumdem num. 22.
40 cum ſequentibus, ait, verbum *officialis*, de quo
ibi, tam de generali, quàm de foraneo intelligi
debe-

Digitized by Google

debere, ita vt ſenſus ſit, quòd quemadmodum principalis Epiſcopi officiali poteſt in ciuitate curatorem minori dare, id ſimiliter officiali foraneo in rure liceat, cum in d. §. ſi verò ſimpliciter illud officiali facere permittatur. Quamuis Ioan. Andr. quem ſequitur Geminianus, & alij in. d. §. ſi verò, num. 2. illum tex. intelligat ſolùm in generali, nec in foraneo locum habere exiſtimet. Sed quocumque modo tx. ille accipiatur, ſententiam Anaſthaſij Germonij neceſſariò deſtruit; nam ſi cũ eodem Germonio verbum *officialis* Vicarium tantùm foraneum comprehendere dicamus, erit etiam neceſſariò fatendum, d. §. ſi verò de foraneo tantùm accipiendum eſſe, quaſi licitum non ſit Vicario generali minori curatorem dare, ſed tantùmdem foraneo, quod manifeſtè falſitatis argui neceſſe eſt, quia ſi Vicarius extra ciuitatem conſtitutus (vt eſt ille qui foraneus dicitur) poteſt minori quatuordecim annis curatorem ad lites dare, cur generali, cui plenior poteſtas & iuriſdictio ineſt, illud in ciuitate non permittatur, cum foraneus in rure maiorem poteſtatem, quàm generalis in tota diœceſi non dicatur habere: imò minorẽ habeat, d. Clement. 2. de reſcript. cum ſimilibus?

Nec quidquam oberit, ſi aliquis obijciat tex. 41

Digitized by Google

noſtrum ſecundùm ſupradictam reſolutionem non ſolùm in Vicario generali, verùm & de foraneo intelligendum eſſe, cum ſimpliciter Bonifacius VIII. ſcripſerit, vt conſuetudo appellandi de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum, tanquam irrationabilis non admittatur. Quia facilè reſpondetur, quod & ſi verum ſit verbum *officialis*, per ſe ſumptum vtrumquè comprehendere Vicarium, generalem ſcilicet, & foraneum, cum tamen ſequentia verba textus, eiuſquè ratio non patiatur huiuſmodi interpretationē fieri, quoad foranei Vicarij perſonam, quia poſtquam Pontifex ibi generaliter dixit, non valere conſuetudinem, vt de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum appelletur, huius decreti ſequentem conſtituit rationem: *Ne ab eodem ad ſe ipſum (cum ſit idem auditorium vtriuſque) appellatio interpoſita videatur.* Quæ ratio in Vicario foraneo omnino ceſſat, quia eius & Epiſcopi vnum & idem conſiſtoriū non dicitur, vt rectè adnotauit glo. in d. Clementi. 2. verbo *foraneo*, de reſcrip. ibi: *Et quod dicitur vnum conſiſtorium Epiſcopi, & officialis intelligitur de principali, & generali*, ſubſcribit Cardinalis ibidem, Geminianus, Fel. Caldi. & alij plures, quos plena manu ſupra num. 35. tradidimus. Vn-
16 de licèt Pontifex in præſenti officialem Epiſcopi

ſimpli-

ſimpliciter nominet, tamen quia poſtea inquit vnum & idem eſſe eius & Epiſcopi auditorium, ſolùm de Vicario generali locutum fuiſſe dicendū eſt, quia verba generaliter prolata ex adiuncto interpretationem accipiunt, l. ſed ſi adijciatur 13 & ibi glo. ff. pro ſocio: cum alijs pluribus, quæ recenſet Petr. Surd. vol. 1. conſiliorum, conſil. 34. num. 39. & vol. 3. conſi. 335. num. 26. 42

Rurſus contra eumdem Germonium retorqueri poteſt, d. Clement. 2. de reſcript. vbi Summus Pontifex poſtquam verbo *officialis*, principalis adiecit ad denominandum Vicarium generalem, de Vicario foraneo loquens non tantū *officiali* ſimpliciter dixit, ſed *foraneo* addidit, his verbis: *In officiali tamen foraneo*, quaſi ſignificet officialis verbo vtrumquè comprehendi, & ideò ad conſtituendam differentiam inter ipſos, alterum principalem officialem, alterum foraneum nominari neceſſarium fuit, ergo ſi vt minus rectè Germonius exiſtimat, vt verbum officialis de generali tantùm intelligatur, operepretiū erat principalem adijci, eo quòd ibi Summus Pontifex ita ſcripſerat, ſicut ſimiliter in c. 1. de officio ordinarij hoc libro, ab illo etiam non negari oportuit Vicarium foraneum ſolo *officialis* nomine non poſſe denominari, niſi verbum 43

ſoraneus, iungatur, vti ibidem Pontifex coniunxit, ergo nõ ſufficit officialem dicere ſimpliciter, vt foraneum intelligamus.

Prætcrea ſi prædicti auctoris opinio aliquo ve-
44 ritatis colore adumbraretur, non leue ex noſtro tex. oriretur abſurdum, ſiquidem ibi Bonifacius ſtatuit, de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum appellari non poſſe, nec dum cuiuſque temporis longo vſu firmata cõſuetudine induci, quod ſi Germonio haberetur fides, Vicario foraneo, & non generali hoc interdictum videretur, at id nec ratio eiuſdem tex. ſuadet, nec ipſe patitur, cum etiam ibidem fateatur de officiali generali Epiſcopi ad Epiſcopum appellari non poſſe, ergo leue eius argumentum eſt.

Minus negotij exhibet ſecundum fundamen-
45 tum, quod pro contraria opinione idem Germonius adducit, ex ratione d. §. ab Archidiaconis, nam reſpondetur, negãdo illam à Summo Pontifice ibi rationem aſsignatam fuiſſe, ob quam appellari poſsit ab Archidiaconis, vel eorum officialibus ad Epiſcopum; quia videlicet ipſi Archidiaconi propriam ac inferiorem Epiſcopo iuriſdictionem habent, ſiquidem ibi Pontifex nullam expreſſam ſuæ deciſsionis ratione aſsignet, ſed ſimpliciter tantùm ab Archidiaconis alijsvè infe

inferioribus Prælatis ad Suffraganeos, id eſt ad Epiſcopos appellationem interponendam eſſe conſtituat, vnde licèt verum ſit ab Archidiacono, vel alio ſimili inferiori iudice Epiſcopũ prouocari. Quia Archidiaconus propriam & infe- 46
riorem iuriſdictionem habet, non tamen inde ſequitur neceſſarium eſſe iudicem à quo propriam habere iuriſdictionem, vt appellatio ad Epiſcopum deferatur: ſufficit namque inferiorẽ habere, etſi non propriã, & ideò à Vicario foraneo ad Epiſcopum prouocatur, quia etſi ipſe propriam iuriſdictionem non habeat, cum Epiſcopi vice fungatur, totus titulus de officio eius, cui manda. eſt iuriſdictio, Epiſcopo tamen inferior eſt, quia ille ordinariam iuriſdictionem habet d.c. cum Epiſcopus 7. de officio ordinarij, c. conquerente, & c. cum dilectus extra eodem. Hic verò delegata ab eo iuriſdione potitur, vt ſupra latiùs, num. 33. obſeruauimus, quæ quidem iuriſdictio inferior eſt ordinaria argumento tx. 47
in l. iudicium ſoluitur de iudicijs, l. more de iur. omn. iud. Bald. in c. dilecti el 3. num. 8. de appel. & colligitur ex his, quæ tradũt Paul. Iaſ. Decius, & alij relati ab Oroſcio in rub. de iuriſdictione omn. iud. nu. 9. Sbroc. de Vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 67. num. 4. Quapropter à ſententia foraneí

nei meritò Epiſcopus prouocatur, cũ foraneus inferior ſit, nec vnum tribunal, ſiue auditorium cum Epiſcopo conſtituat, ſiquidem non vbi Epiſcopus reſidet, & ſuum tribunal habet, ſed foris (vnde foraneus dictus) in opidis extra Ciuitatem ius dicit, vt docet Iacobus de ſant Georgio, in inueſtitura ſua, verbo Vicarius: Couarr. d.c.4. pract. concluſ.5. num.8. circa finem, ſequitur Roland. à Valle, conſi.76. num.17. verſic. nec obſtat, vol.3.

Hæc igitur omnia quæ hactenus dicta ſunt apertiſsimè demonſtrant, quàm audacter prædictus interpres communem, ac veriſsimam om-
48 nium Scribentium ſententiam oppugnet. Sed licèt ab eiuſdẽ Germonij impugnationibus prædicta reſolutio tuta videatur, ingentem tamen (cuius ipſe non meminit) difficultatem patitur ex celebri Vlpiani, reſpon. in l.1. §. ab eo, ff. quis & à quo appelletur, *Ab eo* (inquit) *cui quis mandauit iuriſdictionem, non ipſe prouocabitur. Nam generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iuriſdictionem*: Quæ verba apertè docent, de delegato non appellari ad delegantem, ſed ad ſuperiorem ipſius delegantis. Ergo à Vicario foraneo, qui delegatus eſt (vt ſupra iam diximus)

mus) non ad Epiſcopum delegantem, ſed ad ſuperiorem ipſius (Archiepiſcopum ſcilicet) appellabitur.

Quæ difficultas grauior redditur ex Cæſarum reſcripto in l. vnica, in fine, C. qui pro ſua iuriſdictione, cuius hæc verba: *Hæc teneant, niſi iudices à nobis ſpecialiter delegantibus dati alijs cauſſas delegauerint iudicandas. Nam his delegantibus, nullo perſonarum, cauſſarumve habito tractatu, appellationum ad eos iure iudicia remeabunt.* Quorũ verborum ſeries ſupra ſcripto Vlpiani reſpon. in d. §. ab eo palàm aduerſatur.

In qua difficultate componenda non vna omnium ſcribentium eſt interpretatio, ſed in varias opiniones diſtrahuntur. Etenim vt hoc diſsidiũ componat Vaconius à Vacuna, lib. 6. declaratio 49
num, c. 84. num. 8. nouam quaſi legem, Principis inſtar, condere arbitratus eſt. Dum in d. l. vnica non *ad eos*, ſed *ad nos* legendum putat, quaſi diceret, *ad nos* (id eſt ad Principem) *appellationum iudicia remeabunt*, vti ibidem marginalis glo. adnotauit, & commemorat Io. Longouallus, in l. Imperium 2. part. num. 9. ff. de iuriſd. omn. iud.

Sed profectò hæc variatio à nobis admittenda 50
non eſt. Corrumpit enim probatiſsimam Pandectarum Florentinarum lectionem, quam omnium

nium Codicum fides commendat: nec verò vnquam Ant. Auguſt. Ludouic. Charondas (at qui viri?) & alij itidem, qui non mediocrē diligētiam in perſcrutandis veteribus Codicibus adhibuerunt, talem ſubrogationem inueniſſe, ſatis ex eorum emendationibus conſtat.

Quare Bart. in d. l. 1. §. ab eo, num. 1. fœdere di-
51 ſtinctionis hanc controuerſiam conciliandam putat; conſtituens diſcrimen inter delegatum à Principe, & alterius inferioris; nam ſi Principis delegatus vices ſuas alijs committendas duxerit, non ad Principem, ſed ad ipſius delegatum ſubdelegantem appellandum erit, quemadmodum interpretatur d. l. vnicam, in verſi. final. Sin verò inferior alius, quàm Principis delegatus hoc fecerit, tunc appellandum erit non ad delegantē, ſed ad eum, qui à ſententia delegati prouocaretur, iuxta Vlpiani reſponſum in d. l. 1. § ab eo. Quam diſtinctionem approbare videtur. l. 21. titul. 23. partit. 3. & exornat Gregorius, ibidem.

Sed licèt hæc diſtinctio in ſe vera ſit, & prop-
52 ter auctoritatem d. l. 21. part. eam neceſſariò admittere teneamur, ad interpretationem tamen dictorum iurium non rectè conducit: cum generale Vlpiani reſponſum in d. §. ab eo nimium reſtringat, vt tantū intelligēdum ſit de delegato conſti-

Digitized by Google

conſtituto ab alio, quàm à Principe, vt ſi ab eius ſubdelegato appellatio interponatur, ad eum deferenda ſit, ad quem deferretur, ſi prouocaretur ab eo, qui ſubdelegauit, quod cum generaliter loquatur, ad caſum tamen ſpecialem reſtringi non oportet, contra regulam tex. in l. 1. §. generaliter, ff de leg. præſt. cum ſimilibus.

Minus ergo ſatisfacit Cuiacij interpretatio in recitationibus ad titulum, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, in l. & quia 6. & ad Papinianum lib. 1. quæſt. in l. aliquando 5. ff. de officio Proconſulis; Duareni de iuriſdict. c. 8. Morl. in Empo. iuris, 1. part. tit. de iuriſdic. omn. iudic. prælud. 17. num. 89. cum ſequẽtibus, Faquinei controuerſ. iur. lib. 1. c. 78. Qui omnes diſtinguendum cenſuerunt, inter iudicem datum, & iudicem delegatum, cui mandatur iuriſdictio, ita vt in d. l. 1. §. ab eo, non appelletur ad eum qui mandauit iuriſdictionem, quoniam is, cui mandata eſt iuriſdictio, nihil proprium habet, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtitur, l. 1. §. qui mandatam, ff. de officio eius, & quodammodo idem ab eodẽ appellari videretur, at verò in d. l. vnica ea ratione affirmant appellationẽ admitti, quia Imperatores ibi de iudice dato loquuntur, qui vice dantis non fungitur, ſed propriam habet cognitio- 53

nem (aut iuriſdictionem ordinariam, vt mauult
54 Morl. vbi ſupra) ſed non video quo pacto hæc in
terpretatio ſubſtineri valeat, nam dicta lex vni-
ca non loquitur de iudice dato, ſed potiùs de de-
legato, vt conſtat ex illis verbis: *A nobis ſpeciali-
ter delegantibus dati*, & inferiùs, *nam his delegan-
tibus*, vnde etſi daremus priora illa verba, *delegan
tibus dati*, datos iudices ſignificare, vt voluit Fa-
quineus (quæ interpretatio fieri nequit ob verbū
illud *delegantibus*, cum verbum *dati*, factum de-
legationis potiùs quàm datos fuiſſe iudices ſigni
ficet) id tamen parum conduceret ad prædictam
interpretationem, quia in d. l. vnica non diſqui-
rebatur an appellandum eſſet ab illis iudicibus
(quos prædicti Interpretes datos autumant) ad
principem, qui eos dedit, ſed potiùs an ab his,
quibus huiuſmodi iudices cauſſas delegauerint,
ad eos appellatio deferenda ſit, an verò ad Prin-
cipem? at iudices iſti, à quibus prouocabatur, da
ti non erant, ſed delegati, vt ſatis docent illa ver-
ba: *Alijs cauſſas delegauerint*, & ibi: *Nam his dele-
gantibus*. Vnde cum delegati ſint, & non dati, ſe-
cundùm eius diſtinctionem appellari non pote-
rit ad delegantem, ſed ad Principem, ad quem
appellaretur ab eo, qui eos delegauit. Cum nihil
proprium habeant, ſed eius qui mandauit iuriſ-
dictio

dictione vtantur, cuius contrarium ibidem de-
ciditur.

Rurſus etiam conuincitur, nam ſi tradita ab eis diſtinctio vera eſſet, à ſubdelegato Principis ad ſubdelegantem non poſſet appellari, cum ſubdelegatus ſubdelegantis vice fungatur, quod expreſſè repugnat deciſ. tex. in d. c. ſuper quæſtionum, §. porrò de officio delegati, c. ſi legatus 7. & c. ſi à ſubdelegato 14. infra eodem, ergo hæc interpretatio vt minus iuridica, ſalua tantorũ virorum pace, admittenda non eſt.

Ego verò longè aliter rem iſtam digerendam 55
cenſeo, conſtituendo multum intereſſe, an Principis delegatus omnem ſuam iuriſdictionem, an verò partem, ſeu vnam ex cauſsis ſibi commiſsis alij mandauerit. Primo caſu à ſubdelegati ſententia, non ad ſubdelegantem, ſed ad eius ſuperiorem appellandum erit d. l. 1. §. ab eo, ibi: *Mandauit iuriſdictionem*, id eſt vt cum glo. ibidem interpretor, tranſtulit totam, & ratio eſt, quia delegatus omnem ſuam iuriſdictionem mandans, nihil ex totius cauſſæ cognitione reſeruans, amplius iudex non manet, cum omnem iuriſdictionem à ſe abdicauerit, & in alium tranſtulerit. Quòd ſi delegatus aliquid de iuriſdictione reſeruauit, ad ipſummet, non ad Principem prouoca-

Digitized by Google

bitur, quomodo accipiẽda eſt d. l. vnica: pro quo recte expenduntur verba illa: *Cauſſas commiſerit*, quaſi non omnes, ſed aliquas delegauerit, & Inferiùs *iudicandas*. Quę clarè indicant, ſolã ſententiæ pronunciationem, non verò omnem cauſſæ cognitionẽ, vel ſentẽtię exſecutionẽ fuiſſe cõmiſſam; quæ diſtinctio expreſsè depromitur ex d. c. ſuper quæſtionũ, §. porrò, & ex d. c. ſi delegatus, iuncto c. ſi à ſubdelegato infra de offi. deleg. per quam, ſupra dicta iura ad concordiam reduxere; post glo. in d. §. porrò, & in c. ſi is, cui infra de of-
33 ficio deleg. Abb. & Immola. in d. §. porrò. Idem Immola. & Fulgoſius in d. l. vnica, num. 21. Fran. in c. dilecti el 3. num. 30. de appel. Alexan. in l. qui num. 18. ff. de damno infecto, Decius in l. ſolet, num. 13. ff. de iuriſd. omn. iud. Ang. Salicetus, Caſtren. & alij, quos refert, & ſequitur Maranta de ord. iud. 4. parte, diſtin. 5. num. 27. in fine, Couar. d. c. 4. num. 8. verſic. his tamen, Ioan. Longouallus in l. Imperium, parte 2. num. 9. ff. de iur. omn. iud. Petrus Gilkenius in Comment. ad dictam l. vnicam, à num. 7. cum ſequentibus. Cuius rei eam rationem veriſsimam eſſe conijcio, quòd delegatus Principis propriam habet iuriſdictionem, vt oſtenditur in d. c. ſuper quæſtionum, §. porrò, ibi: *Delegatus noſter iuriſdictionem ſuam in*

alium

alium tranſtulit, verbum enim *ſuam* proprietatē denotat, vt docent communiter ſcribentes in l. in ſuis, de liberis, & poſthumis: vnde cum delegatus Principis propriam habeat iuriſdictionē, & eam retinere videatur, ex quo aliquid ſibi reſeruauit, d. §. porrò, c. ſi delegatus 7. in fine, infrà de officio delegat. ideò ab eius delegato inferiorem iuriſdictionem, vt poté delegatam habēte, ad eum tanquam ad ſuperiorem rectè prouocatur, cum appellatio gradatim fieri debeat, c. anteriorum, §. illo videlicet, 2. quæſt. 6. cum ſimilibus.

Nec veriſſimæ huic diſtinctioni quidquam ad-
uerſatur Papiniani reſponſum in l. legatus 20. ff. 56
de officio Præſid. quo Bart. in d. §. ab eo, num. 1.
intentioni noſtræ contrarius exſiſtit; *Legatus Cæ-*
ſaris (inquit Conſultus) *id eſt Præſes, vel Corrector*
Prouinciæ, abdicādo ſe non amittit imperium. Enim-
verò hæc verba non poſſe delegatum totam iu- 57
riſdictionem à ſe abdicare, ac in alium transfer-
re minimè probant. Nam ſi quiſeumidem tex. iu-
dicio perpendere velit, ex eo talem concluſionē
non eliciet, quia Iuris Cōſultus ibi loquitur de-
legato, ſeu Præſide gubernationis cauſſa in Pro-
uinciam deſtinato, qui olim ad tempus pro vo-
luntate Principis, vel Senatus conſtituebatur, vt

ex Ælio Spartiano,& Iulio Capitolino conſtat, qui quidem Præſes, ſeu legatus ſicut non poterat tempus ſibi conſtitutum prorogare, ita nec inconſultò Principe abſque læſæ Maieſtatis reatu minuere,ſiue anticipare licebat, l.3.ff. ad legẽ Iul.Maieſt.l.meminiſſe 10. de officio Proconſulis,nam ſi in eius poteſtate eſſet, ſine nutu Principis ſe magiſtratu abdicare,vniuerſa Prouincia moderatore carens, interim dum alius crearetur,grande nimis detrimentum caperet:vt Ant. Vaca. & Corraſius ibidem adnotarunt. Quare Papinianus inquit Præſidem ſe abdicando Imperium non amittere, quia abſque voluntate
56 Principis ſe abdicauit,id eſt Magiſtratus inſignia reiecit proteſtatione de ea re facta, vt interpretatur Forcatulus in Necyomãtia iur.dial.60.nu.4. & poſt eum Velleus à Gueuara in d.l.legatus ad finem,qui rectè ſatisfaciunt legi 2.§.& cum pla-
57 cuiſſet,ff.de origen.iur.quæ quodammodo cum ea pugnare videbatur. Nos verò longè in diuerſa ſpecie verſamur,in delegato videlicet ad particulares cauſſas ſimpliciter conſtituto, cui cum fuerit à Principe iuriſdictio tributa,à ſe omnem licebit abdicare,& in alium transferre, cum ratio dictæ legis ceſſet, ſiquidem iuriſdictio non manet in ſuſpenſo, ſed in ſubdelegatum ſtatim

transfe-

tranſferatur, vti aliud agens Ant. Vacca. inquit vbi ſupra.

His ergo ad concordiam redactis, quæ hactenus diſſona eſſe videbantur, nihil eſt quod obſiſtat vt de Vicario foraneo ad Epiſcopum appellari poſsit, cum iudex delegatus ſit, in quem Epiſcopus non omnem ſuam iuriſdictionem tranſfert, ſed aliquas cauſſas terminandas committit, vt eleganter docuit Couar. vbi ſupra d. num. 8.
Quod quidem etiam in praxi inuiolabiliter obſeruandum eſt, niſi fraudulenter Epiſcopus Vicario foraneo cauſſas committat ea mente, vt ad ſe non ad Metropolitanum Archiepiſcopum appellatio deferatur, quia tunc omiſſo eo ad Metropolitanum prouocabitur, ne huiuſmodi fraus, & cautela aliquantulum ſibi patrocinentur, vt docuit Speculat. titul. de appel. §. nunc tractemus, num. 6. Philip. Frācus in præſenti num. 6. & Dominicus num. 3. Abb. in c. dilecti el 3. num. 18. de appel. Sbroc. d. tract. de Vicario Epiſcopi, lib. 2. quæſt. 131. num. 4. & lib. 3. quæſt. 2. nu. 23. ex Abb. & Bertachino, deducens huiuſmodi fraudē per coniecturas probari, & probata, per Metropolitanum excōmunicari Epiſcopū poſſe, Zerol. in praxi Epiſcopali 2. par. verb. Vicarius, §. 7. Alber. Brunus in materia feudali, conſi. 102. nu. 4. & 7.

58

59

& ex.

& ex Ioanne Andr. & alijs notat Couar. d. nu. 8. qui vſu forenſi quoad ſeculares iudices attinet,
60 non eſſe receptum teſtatur, cum ex diuerſo ſi ciuitatis Rector in aliquo eius opido foraneũ Vicarium conſtituat, non Rector ipſe, ſed ſuperior eius prouocabitur; quod ſeruãdum eſſe ait, quia moribus & vſu receptum eſt: ſicut in Gallia obſeruari tradit Rebuf. 3. tom. leg. Gallic. ti. 2. de appellat. in principio nu. 4. ſequitur Rolan. à Valle, conſi. 76. num. 17. circa finem, vol. 3.

Cum igitur ex ſuperioribus compertum ſit, tex. noſtri prohibitionem locum ſibi non vindicare in Vicarijs natis, ſeù legitimis, nec itidem in foraneis, à ſufficienti partium enumeratione argumento ſumpto, neceſſariò colligitur Bonifacium VIII. in præſenti de Vicarijs cõſtitutis, ſeu datiuis locutum fuiſſe, qui generales, vel principales vulgò nuncupantur: hi enim cum ab Epiſcopis conſtituantur, vt eorum vices gerant in eodem loco vbi ipſi iudicare conſueuerũt, eamdem iuriſdictionem accipiunt, & inde vnum tribunal, & auditorium cum Epiſcopis habere dicuntur, vt communiter omnes Scribentes in præſenti docuerunt, poſt glo. ibi verbo *officiali*, & in Clement. etſi principalis de reſcriptis, Zauarela conſi. 32. num. 41. verſic. ſecundò probatur.

Camil.

Camil. Campexius de poteſtate Papæ in reſ. art. 1. num. 48. innumeriquè alij, quos refert Thom. Sanch. de matrim. 1. tom. lib. 3. diſput. 29. num. 9. & 11. Garcia de beneſ. 1. tom. 5. part. c. 8. num. 27. & Thuſcus practicarũ concl. litter. A. concl. 351. num. 91. & litter. V. concl. 186. num. 4.

Repugnant tamen huic reſolutioni nõ contemnendi nominis auctores Gofred. in ſumma, titu. de officio Vicarij, num. 2. Alexan. in rubric. de officio eius, num. 12. & ibi Camil. Plaut. c. 11. num. 4. 9. 11. 18. & 22. & Paulus ab Oriano, nu. 9. & 11. & Riminald. Seneſ. ibidem. Alciatus in rub. de officio ordinarij, num. 24. Soto in 4. diſtin. 18. quæſt. 4. art. 3. verſi. circa conceſsiones, Anaſtha. Germonius lib. 1. animaduerſ. c. 6. & de indultis Cardin. §. tibi quoad vixeris, num. 43. & 85. Ant. Gom. in Bulla Cruciata, c. 4. circa 4. quæſtionẽ, num. 21. & Ioſeph. Gonzal. variarum quæſtionũ, c. 27. per totum, poſt gloſſam verbo *abſque rationabili*, in c. vt debitus honor 59. de appellationibus, & in c. 2. verbo *ſtatuitur*, ſecundùm vnum intellectum, ne Prælati vices ſuas, & in c. perlectis verbo & iurgia, in fin. 25. diſtinctione. Quorum omnium aſſertio eò tendit, vt exiſtiment generalem Epiſcopi Vicarium delegatam, non ordinariam habere iuriſdictionem; quod ſi vt ipſi 62

H arbi-

arbitrantur verum eſſet, Epiſcopi & Vicarij eadem iuriſdictio non diceretur, ac per conſequẽs nec idem tribunal, cum Epiſcopus ordinariam habeat d. c. ſi Epiſcopus infra de officio ordinarij cum ſimilibus: atque ideò ab eo ad Epiſcopum poſſet appellari, tamquam de delegato ad delegantem ex regula d. c. ſuper quæſtionum, §. porrò de officio delegati, iunctis his quæ latiùs ſupra tradidimus; faciunt itaquè pro ſua ſententia non leuia, aut inſubtilia argumenta.

Primum enim conſtituere videtur tex. noſter
63 & d. c. Romana, verſi. *Eorum vices ſupplendo*, & ibi; *vnum ſit conſiſtorium*: infra de appellat. quibus verbis manifeſtè oſtenditur Epiſcopum, & eius Vicarium vnam, & eamdem perſonam cenſeri, & eorumdem idem cõſiſtorium eſſe: ſi ergo Vicarius Epiſcopi vicem gerit, & vtriuſque vnum eſt tribunal, conſequens erit dicere Epiſcopi generalem Vicarium, non ordinariam, ſed delegatam habere iuriſdictionem. Quia qui vice alterius fungitur, nihil proprium habet, ſed delegata iuriſdictione vti creditur, vt ait Papinianus in
64 l. 1. §. qui mandatam, ff. de officio eius, *Qui mandatam* (inquit) *iuriſdictionem ſuſcipit, proprium nihil habet, ſed eius qui mãdauit, iuriſdictione vtitur*: & l.

& l. & ſi Prætor. 3. cod. titu. l. ſolet. 16. de iuriſdictione omnium iudicum.

Rurſus ſuperiori fundamento cohæret quod 65
Epiſcopus ordinariam habet iuriſdictionem, c. cum Epiſcopus 7. infra de officio ordinarij, c. conquerente, c. cum dilectus extra eod. c. cum venerabilis de exceptionibus. Ergo in perſonam ſui Vicarij eadem iuriſdictio conſiſtere non potuit; ſequeretur enim abſurdum, quod vna, & eadem iuriſdictio penes duos in ſolidū eſſet, quod
naturali rationi repugnat, nam ſicuti vna poſſeſ- 66
ſio, vel idem dominium penes duos reſidere nō poteſt, l. 3. §. ex contrario de acquir. poſſeſ. l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodati, ita nec eadem iuriſdictio, cum validum ſit argumētum de poſſeſsione, & dominio ad iuriſdictionem, l. qui furere 20. ff. de ſtatu hominum, gloſ. verbo iurgia, ad finem in c. perlectis 25. diſtinctione.

Præterea non mediocriter ſuffragatur, nam 67
iuriſdictio ordinaria ea dicitur, quæ à lege datur, & deſcendit l. & quia 6. cum ſimilibus, ff. de iuriſd. omnium iud. l. 2. tit. 4. part. 3. Cagnol. in l. 1. num. 52. ff. de officio eius, Octauian. Veſtr. in praxi, lib. 3. c. 3. num. 2. Vantius de nullitatibus, titu. de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdictionis,

 num. 31.

num. 31. Molina de Hiſpanorum primogenijs, lib. 1. c. 25. num. 11. & 12. Sed in vniuerſo iuris ciui-
68 lis, aut Pontificij corpore nulla lex, aut conſtitutio exſtat, quæ Epiſcoporum Vicarijs iuriſdictionem tribuat, ergo eorum iuriſdictio ordinaria non eſt.

Deinde hæc pars ſubtiliter confirmatur, quia
69 ſi iuriſdictio Vicarij ordinaria fuiſſet, omnimodo perpetua eſſet, nec tempore aliquo reuocaretur, d. l. & quia, vbi omnes communiter, de iuriſdictione omnium iud. at iuriſdictio Vicarij per-
70 petua non eſt, cum ab Epiſcopo reuocari poſsit, Calderin. conſi. 2. de officio Vicarij Barbac. in c. poſtulaſtis, notab. 1. in fine de reſcrip. & in c. quoniam, num. 37. de officio deleg. Philip. Franc. in c. 1. infra de officio Vicarij, num. 5. Abb. in c. 1. num. 5. ne ſede vacant. & Butrius in c. tua, nu. 9. de officio Vicarij, Purpur. in l. more 5. num. 101. & 102 de iuriſdictione omnium iudic. Bertach. de Epiſcopis 7. part. lib. 4. titu. de Vicarijs Epiſcopi, num. 14. Ripa in c. 1. num. 44. de iudic. Boher. deciſ. 347. num. 14. Rebuf. in praxi in forma Vicar. Arch. num. 190. & 192. Scotus lib. 8. reſponſorum, reſponſ. 4. num. 6. Cucchus inſt. maior. lib. 2. titu. 8. num. 135. cum ſequentib. Sbroc. lib. 3. quæſt. 6. num. 7. & quæſt. 14. num. 5. verſi. 2. adducitur

citur, Thomas Sanch. lib. 5. diſput. 30. num. 11. Barboſa in l. quia tale 14. num. 87. ff. ſol. matrim. Azor lib. 3. inſt. moraliũ, c. 45. verſi. decimo quar to quæritur, Vgolin. de officio & poteſt. Epiſcopi, lib. 1. c. 4. §. 6. num. 4. Iacob. Lauren. de iud. ſuſpect. c. 4. num. 7. ergo Vicarij iuriſdictio ordi naria non eſt.

Creſcit, & augetur difficultas, quia inter iuriſdictionem ordinariam, & delegatam illa conſti tuitur differentia, quòd prior mortuo adhuc con cedente permanet, c. legatos 2. infrà de officio 71
legati l. more 5. de iur. omniũ iud. Petrus Greg. Syntag. lib. 47. c. 32. nu. 2. Menochius de arbitrarijs, quæſt. 69. num. 2. Renat. Copin. in ſacra Politica lib. 2. titu. 6. alijquè plures, quos refert, & ſe- 72
quitur Morla in empor. titu. 2. de iuriſdic. omniũ iudic. num. 104. & 105. Barboſ. in l. quia tale 14. num. 84. ff. ſol. matrim. Sanchez tom. 3. de matri monio, lib. 8. diſput. 28. num. 4. & 5. Poſterior verò reintegra, morte delegantis finitur, c. ſi delegatus 7. infrà de officio deleg. c. relatum, extra eod. l. eum qui 15. l. ſolet 16. l. Prætor 17. de iuriſ. omnium iud. l. 21. titu. 4. part. 3. Purpuratus vbi ſupra, num. 106. ſed iuriſdictio Vicarij per Epiſ- 73
copi mortem ſpirat, Clement. final, vbi Immol. Card. & alij, & ibi gloſ. verbo *conteſtata*, de pro-

curatoribus Panormitan. in c. extirpãdæ, §. quia verò num. 4. de præbend. Baldus in l. aliquando, num. 8. de officio Proconſulis, Bened. Capra. in repetitione Clement. etſi principalis, num. 18. de reſcriptis, Sbrocius alios congerens d. tractat. de Vicario Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 44. Igitur Vicarij iuriſdictio magis cohæret delegatę iuriſdictioni, quàm ordinariæ.

74 Quibus non leuiter auxiliatur, quia nemo ambigerit generalem Vicarium ab Epiſcopo conſtitui: ſed iuriſdictio ordinaria ab Epiſcopo concedi non poteſt d. gloſ. verbo *ſtatuuntur*, in c. 2. ne Prælati vices ſuas communiter DD. vbi id deduxerunt in l. more de iuriſdictione omnium iud. Speculator titu. de officio ordinarij, §. videmus quis dicatur, num. 5. Alexan. in rubr. de officio eius, num. 17. Petrus Greg. in Syntagmate, lib. 47. c. 22. num. 1. Quod dilucidiùs oſtendit Gratianus in c. à iudicibus, 2. quæſt. 6. *Ordinarij verò ſunt* (inquit) *qui ab Apoſtolico, vt Eccleſiaſtici, vel ab Imperatore vt potè ſeculares, legitimam poteſtatem accipiunt.* Reliqui verò omnes excluduntur à poteſtate creandi ordinarios argumẽto tex. in c. nonnè de præſumpt. ac per conſequens Epiſcopus videtur excluſus, idemquè conſtat ex l. & quia de iuriſdictione omnium iudic. c. 1. c. conqueren

querente de officio Vicarij, ſacroſanct. Concil. Trident. ſeſ. 7. c. 6. 7. & 8. ſeſ. 24. de reformatione matrim. c. 1. & ſeſ. 25. c. 10. l. 21. tit. 4. part. 3. Speculator titu. de officio ordin. §. videmus quis dicatur, num. 5.

In hanc quoque partem inclinat quòd Vicarius Epiſcopi non poteſt vniuerſitatem cauſſarũ 75 committere, c. clericos, vbi Hoſtienſis, & com- 76 muniter ſcribentes de officio Vicarij; ſed id potiùs delegato, quàm ordinario conuenit l. 1. ff. de officio eius, ergo Vicarij iuriſdictio delegata eſt, non ordinaria.

Poſtremò pro eadem parte vrget, quòd ſi Vicarius principalem, & ordinariam iuriſdictionẽ diceretur habere, ſequeretur omnia illa, quæ poteſt Epiſcopus, & ipſum poſſe, aut ſaltem ea, quę ſunt iuriſdictionis. Attamẽ Vicarius non poteſt 77 vacantia beneficia conferre, niſi beneficiorum collatio ſit ei particulariter conceſſa, c. vltimo de officio Vicarij hoc lib. Anaſt. Germon. de indultis Cardinalium, d. §. tibi quoad vixeris, num. 85. & plura alia huius generis Vicario interdicta ſunt, de quibus infrà, ſuo loco tractabimus, ergo Vicarius Epiſcopi dicitur delegatus, non autem ordinarius.

Sed licèt hæc ſententia his firmiſsimis argu-

mentis

78 mentis ſit cōmunita, contraria tamen imò Epiſcopi Vicarium ordinarium iudicem eſſe, verior exſiſtit, quæ non minoribus legum præſidijs, vel leuioribus iuriſperitorum auctoritatibus inniti videtur. In primis itaque huic opinioni intrepidè, & conſtanter inhærent, gloſ. verbo officialē, in c. 2. de officio Vicarij hoc lib. & verbo generaliter in d. c. Roman. infrà de appellat. gloſ. in c. per lectis, verbo & iurgia 25. diſt. Archid. Speculat. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Roman. Innocen. Butri. Abb. Anchar. Alex. de Neuo. Dec. Beroi. Bart. Alber. Ioan. Fab. Alex. Angel. Iaſſ. Fel. Bertach. Corr. Lanc. Iacob. de S. Georgio, Rodoan. Arti. Pabin. Soc. Caleph. Ant. de Petris, Afflict. Rebuf. Cacial. Franc. Marc. Bel. Foller. Rolan. Bolognet. Tauien. Marant. Mandoſ. Nauar. Couar. qui de communi teſtatur, Greg. Lopez, Molin. Conrad. Ant. Cucch. Sbroc. Maſcard. Flamin. Paz, Petrus Greg. Gutier. Segura, Azeued. Salc. & alij quos refert, & ſequitur Thomas Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. diſpu. 29. quæſt. 1. num. 3. vltra quos eādem opinionem ſectati ſunt. Cagn. in rubr. ff. de officio eius, nu. 81. Bal. in l. aliquando 5. num. 3. de officio Proconſulis, Anto. Capr. in repet, Clement. etſi princip. nu. 18. de reſcrip. Purpur. in rubr. de officio eius, num. 10. & in l. mores.

Digitized by Google

more 5. num.91.& 92.de iuriſdict.omn.iud. Federic.Scotus 2.tom.reſpon.lib.8.reſpon.3.nu.9. Gambar.de poteſtate legati, lib.9. num. 33. Silueſt.in ſumma verbo Vicarius,quæſt.4.in principio,Vant.de nullitate, titul.de nullitate ex defectu iuriſd.deleg.num.25.Gregor.Lopez in l.2. titu.4.part.3.gloſ.1. Barboſ.in l. quia tale 14.nu. 93.ff.ſolut. matrim. Morl. in empo. iur.titul.de iuriſd.omnium iudic.num.86. & ibidem quæſt. 17.num.35. licet eum pro contraria parte alleget Garcia infrà citandus num.23.Sahag.in rubr.de officio deleg.num.10. Azor lib.3.inſtit. moral. 2.part.c.43.verſi.5.quæritur,& c.6.verſi.duodecimo quæritur,Sayrus de cenſur. lib.1.c.6.nu.8. Vgolin. de officio & poteſt. Epiſcopi, c. 4. §.9. num.2.Iacob.Laurentius in tract. de iudice ſuſpecto,c.4.num.21.poſt medium.Garc.de benef. 1.tom.5.par.c.8.nu.21.facit deciſ.Rotę 1.aliàs 47. & deciſ.3.aliàs 350.& deciſ.7.aliàs 371.de officio Vicarij in nouiſ. Qui omnes primā in aciem de- 79
ducunt noſtri capitis definitionem,dum conſtituit interdicendam appellationem de officiali Epiſcopi ad Epiſcopū, quod ordinariā non delegatā reſpicit iuriſdictionem,nam de delegato ad delegantē optimo iure appellatio procedit.c. ſuper quæſtionum, §. porrò de officio delegati,vt

ſupra num. 34. docuimus, ergo Vicarij poteſtas
ordinaria eſt.

In cuius argumenti confirmationem ratio no
ſtri tex. pro contraria parte ſuperiùs adducta effi
caciùs retorquetur, prohibetur enim appellatio
de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopũ, ne appelletur
ab eodem ad ſe ipſum cum eorum vnum tribu-
nal, auditorium, & iuriſdictio ſit. At Epiſcopus
iuriſdictionem habet ordinariam, c. cum Epiſ-
80 copus 7. infrà de officio ordinarij, & docent
Cardinalis in Clementina 1. §. ad hæc, num. 4.
de ſtatu Monachorum, Speculat. in rubr. de offi
cio ordinarij 2. par. num. 1. Alexan. in rub. de iur.
omnium iudic. num. 1. Vant. vbi ſupra num. 5.
ergo ſi Epiſcopus habet ordinariam, & eamdem
iuriſdictionem ipſe & Vicarius obtinent; neceſ-
81 ſariò igitur & Vicarius ordinariã habebit, quia
vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet
l. eum qui ædes, ff. de vſucap.

Prædictis etiam annuit, nam Vicarius po-
82 teſt interponere decretum in alienationibus
rerum minorum l. 2. & final. C. de officio eius
qui vicem alt. ger. Roland. à Valle, conſil. 86.
83 num. 23. volu. 1. quod quidem delegari minimè
poteſt, cum requirat cauſſæ cognitionem, l. ne
quidquam, §. vbi decretum, ff. de officio Pro-

con.

con.d l.1. de officio eius, ergo Vicarius ordinarius non delegatus eſt.

84 Superioribus & illud maximè conſonum eſt, quia argumentari licèt de Archidiacono ad Vicarium Epiſcopi, vt fecit Ioannes Andr. in c. ad hæc, in verſi. ardua, de officio Archid. Socinus in c. ſicut vnire, nu. 45. de exceſsibus Prælatorum. Sed Archidiaconus Vicarius eſt Epiſcopi, d. c. ad hæc, & habet ordinariam iuriſdictionem, vt diximus, num. 22. Igitur Vicarij iuriſdictio ordinaria eſt. 85

86 Rurſus & hæc ſententia pulchrè confirmatur, nam ille iudices dandi poteſtatem habet, qui iuriſdictione ordinaria potitur, d. l. more, vbi communiter Scribentes, ff. de iuriſdictione omniũ iudic. non verò qui delegata, l. à iudice 15. C. de iudicijs. At Epiſcopi Vicarium iudicem dare poſſe docent Rom. Pont. in c. 1. infrà de officio Vicarij, & in c. clericos extra eod. & vtrobique DD. ergo eius ordinaria eſt, non verò delegata iuriſdictio. 87

88 Poſtremò in confirmationem huius ſententiæ facit, quia Vicarius Epiſcopi ex propria commiſsionis natura iuriſdictionem, & cauſſarum cognitionem habet, vt docet Bonifacius VIII. in c. licèt in illis verbis: *Per commiſsionem officij*

iuriſdictio illi transferatur: de officio Vicarij hoc lib. ergo eius iuriſdictio ordinaria eſt.

Ex quibus omnibus luculenter apparet Vicarium generalem Epiſcopi, ſicut ipſum Epiſcopũ ordinariam, id eſt à lege dimanantem, non ab homine iuriſdictionem habere; neque ab huius veritatis lumine abducere poterint Canonum, legum, & rationum ſubſidia, quæ aduerſæ opinionis auctores in firmamentum ſuæ ſententiæ attulere.

Non eſt itaquè quod nos initio ſolicitet, Vica-
89 rium generalè pro Epiſcopo gerere, & eius perſonam repręſentare, quod delegatam iuriſdictionem reſpicere videtur, quia imò verius eſt cum primùm Vicarius ab Epiſcopo eligitur, ex ipſius officij natura iuriſdictionem habere ordinariam tanquam pro Epiſcopo ſubrogatam; c. 2. de offi-
90 cio Vicarij, lib. 6. l. 2. C. de officio eius; nec enim ex eo quod quis alterius vicem gerit ab ordinaria iuriſdictione excluditur; namquè legatus Papæ eius vicẽ gerit, c. 1. de officio leg. habet tamẽ ordinariam iuriſdictionem, c. 1. infrà de officio legati, & quæ ibi communiter tradunt Scribentes, & ita ſenſit Sahagum in d. rubr. de officio deleg. num. 11. vnde non bene conſequitur vicem alterius gerit, ergo eſt delegatus, ſed è conuerſo

rectè

recte procedit, delegatus eſt, ergo vicem alterius
gerit. Quare Thom. Sanchez vbi ſupra d. diſpu- 91
tatione 29. num. 13. inquit, vicem alterius geren-
tem in diuerſo tribunali delegatum eſſe. Si veró
ita alterius vicem gerat, vt conſtituat idem tribu
nal cum Epiſcopo, vt in præſenti, & in d. c. Ro-
mana, tunc ordinarius erit, cum & Epiſcopi iu-
riſdictio ordinaria ſit.

Rurſus nec mouere debet ſecunda obiectio,
nempè quòd eadem ordinaria iuriſdictio penes
duos, Epiſcopum ſcilicet, & Vicarium, ſicut do-
minium & poſſeſsio conſiſtere non poſsit, quia 92
non rectè argumẽtum deducitur de iuriſdictio-
ne ad dominium ob diuerſitatem rationis inter
vnum, & alterum: vt ex Bart. in l. Pomponius,
aliàs l. ſi vni ex pluribus, nu. 7. de re iudicata tra-
dit Sbroc. lib. 2. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 55.
num. 28. tamen licèt fateremur procedere argu-
mentum de dominio ad iuriſdictionem, illud
tunc locum haberet, quando vna & eadem iu-
riſdictio apud duos æquè principaliter reſideret;
at Epiſcopus ratione dignitatis principaliter con 93
ſequitur dominium iuriſdictionis iuxta ea, quæ
notãtur in c. 1. de iudicijs: ſanè Vicarius Epiſcopi
ſolùm habet iuriſdictionem contentioſam, &
exercitium illius dominij conſiſtentis in perſo-

na Epiſcopi, Thom. Sanchez vbi ſupra, in fine d. diſputationis 29.

Deinde hac in diceptatione non eſt quod nos torqueat tertium obex, nam licèt fatear nullam legem canonicam, aut ciuilem in vniuerſo iure reperiri, quæ expreſsè iuriſdictionem ordinariã huiuſmodi Vicarijs tribuat, non tamen fateri licebit nullis iurium & rationũ munimentis prædictam Vicariorum generalium ordinariam iuriſdictionem confirmari ex ſupra dictis, & quia
94 quo caſu Summi Pontifices Epiſcopis permittunt abſque neceſsitate, aut legitimo impedimento officiales, vel Vicarios generales eorum vice ponere, & conſtituere, ab ipſis Pontificibus electi cenſentur, argumento tex. in l. 1. verſic. omnia enim, C. de veteri iure enucleando. Vnde cum iure canonico liceat, & permittatur Epiſcopis Vicarios conſtituere: vt in d. c. cum Epiſcopus de officio ordin. c. vt officium 11. cũ ſequen. & c. fin. de hæretic. hoc libro, c. licèt infrà de officio Vicarij, ideò prædicti Vicarij ab Epiſcopis permiſsione & auctoritate Pontificũ nominati ab ipſis Pontificibus electi cenſetur, & per conſequens, eis ordinariam iuriſdictionem tributam, vt eleganter obſeruauit Paz in praxi, 2. tom. prælud. 3. num. 3. Morl. vbi ſupra d. num. 86.

Parum

Digitized by Google

Parum mouet quarta difficultas, quia Vicarius mediante Epiſcopi nominatione ordinariam iuriſdictionem à lege conſequitur, vt ſtatim dicemus: propterea mirum non eſt ſi contraria eiuſdem Epiſcopi voluntate tollatur, & eius iuriſdictio reuocetur, cum nihil magis naturali rationi conſonũ ſit, quàm vt res per quaſcumque cauſ- 95
ſas naſcuntur, per eaſdem diſſoluantur, c. 1. cum ſimilibus extra de reg. iuris. Qua propter in hac materia notiſsimũ principium eſt, iudicandi munus ab eo, qui conſtituit remoueri poſſe, d. l. iudicium ſoluitur, ibi: *Vetante eo, qui iudicare iuſſerat.* ff. de iudicijs. Et ita tenuerunt gloſſa in Clement. d. & ſi principalis, vbi & communiter DD. de reſcrip. Calderinus, & Barbac. relati à Rebuf. in praxi, benef. titul. de forma Vicarij Archiep. num. 193. Franciſcus Marc. deciſ. 794. num. 1. part. 1. Barboſ. in d. l. quia tale, num. 87. qui regulariter docet ordinariam iuriſdictionem per modum officij, ſiue commiſsionis conceſſam reuocari rectè poſſe. Diuerſum ſanè procedit in Archidiacono, qui licèt Epiſcopi Vica- 96
rius dicatur, c. 1. c. ad hæc de officio ordin. ab Epiſcopo tamen reuocari non poteſt, cũ huiuſmodi Vicariatus ita Archidiaconi perſonæ, & dignitati inhæreat, vt non facilè ab ea euelli poſſit,

ſit, vti ex pluribus docuit Rebuf. vbi ſupra, num. 19?. Sbroc. d. lib. 3. c. 32. num. 14.

Facilius enim infringetur quinta obiectio, nam
97 reſpondeo maiorem propoſitionē procedere in iuriſdictione ordinaria, quæ per ſe, & principaliter ineſt: at iuriſdictio Vicarij non ineſt principaliter, & per ſe in eo, ſed eſt tanquam acceſſoria alterius, Epiſcopi ſcilicet, iuxta tex. noſtrum, & d. c. Romana, in princip. de appellat. Quare morte Epiſcopi Vicarij iuriſdictio ſpirat, non quia delegata, ſed quia ordinaria eſt, quæ ſe habet ad iuriſdictionem Epiſcopi per modum acceſſorij. Cum Vicarius iuriſdictione ſit Epiſcopo aſſociatus, vt ex Abb. Anch. & Menoch. docet Sbroc. d. c. 55. num. 27. Cum enim acceſſoria ſit, illa notiſsima iuris regula ſuccedit, quæ habet cum principalis cauſſa nō ſubſiſtit, nec ea omnia quę ſequuntur ex illa, l. cum principalis 138. ff. de reg. iur. c. acceſſorium infra de reg. iur. cui interpretationi aſſentitur Socinus in d. l. more, num. 56. vbi Iaſ. num. 8. de iuriſdictione omnium iudic. Oroſcius in d. l. & quia, num. 6. eiuſdem tituli, Franc. Marc. deciſ. 778. num. 4. part. 1. quem ſequitur Barboſ. in d. l. quia tale, num. 93. Thom. Sanch. præcitata diſput. 29. num. 13.

Sexto loco oppoſitum argumentum diluitur

negau

negando Vicarium iuriſdictionem ab Epiſcopo accipere. Nam licèt Epiſcopus Vicarium conſti- 98
tuat, & ob eius nominationẽ officium exerceat, protinus tamen quod ab Epiſcopo conſtituitur, lex illi iuriſdictionem tribuit, ideò non rectè dicitur ab ipſo Epiſcopo iuriſdictionem accipere, ſed à iure potiùs, miniſterio, facto, & nominatione Epiſcopi interueniente, ſubſcribit Sbroc. vbi proximè, num. 26. Thom. Sanch. d. num. 13.

Tandem non eſt cur vi ſeptimi, & octaui argumenti illecebroſa flectamur: nam licèt Vicarius Epiſcopi vices ſuas in totum alteri commit- 99
tere, beneficia conferre, vel alia ſimilia exercere non poſsit, id tamen ordinariæ iuriſdictioni nõ refragatur; quia ipſa limitatur, & reſtringitur ratione cauſſarum, rerum, litigatorum, & temporum; vt docet Vancius de nullitatibus, titul. de nullitate ex defectu iuriſdictionis, num. 32. cum ſequentibus. Idcircò licèt Vicarij iuriſdictio ordinaria ſit, in ea tamen alterius Vicarij deputatio, beneficiorum collatio non veniunt, quia in his & ſimilibus ſpecialiter limitatur, & circũſcribitur, d. c. 2. & final. vbi DD. infra de officio Vicarij, c. ſtatutum de præbendis eodem libro, & dicemus inferiùs à num. 180.

Ex his igitur, quæ propoſuimus, perſpicuum

eſt generalem Epiſcopi Vicarium ordinaria ſibi à lege conceſſa, non delegata iuriſdictione potiri: vnde prouenit, quòd cum ęqualis vtriuſquè iuriſdictio ſit, imò & eadem, & vnum tribunal & auditorium conſtituant, de vno ad alium appellari non poſsit: quia ſubſtantia appellationis exigit, vt de inferiori ad ſuperiorem deferatur appellatio, non ad æqualem vel ad eundem d.c. anteriorum, 2. quæſt. 6. cũ pluribus, quæ in princip. huius tracta. & relectionis, num. 10. tradidimus.

Ex quo etiam conſequenter deſcendit à Vica
100 rio principali Capituli ſede vacante ad ipſum Ca
pitulum prouocari non poſſe, quia cum Epiſco-
101. palis iuriſdictio ſede vacante ad Capitulum deuoluatur, c. vnico, & ibi gloſ. infra de maiorit. & obedie. Abb. in c. cum olim, vltimo notabili, num. 2. extra eod. Rom. conſi. 506. num. 13. in fine, Federicus de Senis, conſi. 30. num. 3. Epiſcopi inſtar Vicarium generalem conſtituere poteſt,
102. Abb. in c. irrefragabili, num. 2. de officio ordinarij, Felinus in d.c. cum olim, num. 9. de maior. & obedientia, Pauin. de poteſt. Capit. ſede vacante, 2. part. principali quæſt. 10. num. 1. & 2. ſacroſanct. Concil. Trident. ſeſ. 24. de reformatione, c. 16.
103. qui cum ordinariam iuriſdictionem habeat, vt ex alijs reſoluit Pauin. vbi ſupra num. 3. & Tho-

mas.

mas Sanchez, tom. 1. de matrimonio, lib. 3. diſpu tat. 29. num. 4. vnum tribunal, & auditorium cum Capitulo conſtituit, ac proinde de Vicario ad Capitulum appellationem impediri teſtatur idem Pauin. d. quæſt. 10. num. 14. Quod & ad officiales generales inferiorum Prælatorum exten 104
dendum eſſe pluribus relatis defendit Sbroc. vbi ſupra lib. 3. quæſt. 3. num. 6.

Quæ veriſsima ratio cum generalis ſit, ciuile quidem ius amplectitur, ita vt eo iure appellari 105
non poſsit à generali Vicario ad eum cuius Vicarius eſt, ſeu vices gerit: vt tenet Bart. in l. præcipimus, num. 2. C. de appellat. & in d. l. 1. §. ab eo, num. 1. ff. quis & à quo appellet. Bertach. de Epiſcopis, 7. part. 4. lib. num. 36. Decius in c. dilecti el tercero, num. 4. de appellat. Baldus in margarita innocentiana, verbo ſententia, num. 15. Angel. in d. l. præcipimus, num. 1. Couar. d. c. 4. prac. num. 8. Roland. à Valle, conſi. 76. num. 16. vol. 3. Secundùm quam ſententiam Bart. vbi ſupra in 106
terpretatur §. ab eo, d. l. 1. ff. quis & à quo appel. (de cuius interpretatione latiùs ſupra egimus) docens ea ratione ibi appellationem non admitti ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, ad eum, qui mandauit: quia loquitur de Vicario, qui idem tribunal conſtituit, cum eo cuius vices gerit,

quem ſupreſſo nomine ſequitur Guid. Papæ deciſ.436.num.41.

Diſſentiunt tamen,& contrariā partem tuentur Bald. ſibi contrarius in d. l. à Proconſulibus
107 num.1.per tex.ibi,C.de appellat.Salicetus,in l.1. C.ſi quacumquè præditus poteſtate,relatus à e lino in c.inſinuāte,num.1. de officio & pot.iud. del.Rom.ſing.76.nu.2.differentiam conſtituentes inter ius canonicum & ciuile, vt Pontificio iure à Vicario generali ad Epiſcopum appellari nō liceat,ciuili verò permittatur, ſequitur Sbroci de Vicar.Epiſcopi,lib.3.quæſt.14.num.6.& Iacob. Laurent. in tractatu de iudi. ſuſpecto,c.4. num.7.ad fin.& num.12.

Qua de cauſſa ego in hac Scribētium concertatione neutram ſententiā, vt concepta eſt,am-
108 plectar, ſed medio tutiſsimus ibo, ac mediam viam conuenienti diſtinctione ſeligam,quod,vt faciliùs aſſequar, admonendum duxi. Tunc demum iure ciuili de Vicario ad eum,cuius vices gerit,appellari non poſſe,quoties Vicarius ordinariam iuriſdictionem,ſicut ille,qui eum conſtituit,habuerit:ſecus ſi delegatam,quia tanquam à delegato ad delegantem licita erit prouocatio ex regula d.l.1.& 3.ff.quis & à quo appellet. Vicarius enim ordinariam iuriſdictionem tunc habere

bere dicitur, ſi à Rectore, vel Præſide lege per- 109
mittente conſtitutus fuerit, vti in caſu neceſsitatis, infirmitatis videlicet, vel iuſtæ abſentiæ, authentico de collatoribus, §. ad hæc prohibemus, collat. 9. authētic. vt nulli iudic. in principio ead. collatione, Bart. in l. obſeruare, nu. 3. & in l. nec quidquam 9. §. vbi decretum, in 1. lectura, nu. 5. ff. de officio Proconſulis, Bald. in §. ſi quis deceſſerit, nu. 2. ſi de feud. fuer. contr. & in l. aliquando, num. 1. ff. de officio Proconſ. & ratio eſt, quia cum permiſsione legis à Rectore, ſeu Præſide conſtituatur, à lege ipſa ordinariam iuriſdictionem videtur accipere, argumen. tx. in d. l. 1. verſ. omnia enim, C. de veteri iur. enucleand. Bart. in d. §. vbi decretum, num. 5. Cuiac. ad Papinian. lib. 1. quæſtion. in d. l. aliquando 5. de officio Proconſulis, Molin. lib. 1. de Hiſpan. primogen. c. 25. num. 12. Quintan. Dueñas lib. 2. de iuriſdictione, & imperio, titul. 5. num. 7. quapropter Robert. Maranta 4. part. de ordin. iudic. 5. diſtinctione
principali, num. 18. putat ordinarium à Principe 110
cum poteſtate ſubſtituendi creatum, ſi ſubſtituerit, ſubſtitutum iuriſdictionem ordinariam habere, quia auctoritate Principis id concedentis ſubſtitutus videtur. Quod ſi citra neceſsitatem Rector Vicarium conſtituerit non voluntate le-

 gis,

gis, quia nulli iudicũ in loco cuius gubernatio ſi
111 bi cõmiſſa eſt, Vicariũ deputare permittitur d. §. ad hæc, & d. authen. vt nulli iudic. & authent. de defenſoribus ciuitatum, §. iuſiurandum, col. 3. & authentico vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. nulli, col. 2. Cagnol. in rubr. de officio eius, num. 8. Anto. Capicius deciſ. 151. num. 1. ſed propria auctoritate illum conſtituit, ideóque non ordinarius, ſed delegatus erit, cum non à lege, ſed ab homine iuriſdictionem nanciſcatur Bart. in l. 1. num. 2. ff. de officio eius, Curtius iunior in ead. rubr. num. 16. Boherius in tractatu magni Conſilij, num. 87. Molin. vbi ſupra d. num. 12.

Quod non inſubtili conſideratione compro
112 batur: quia iudex ordinarius, vt potè Rector Prouinciæ, ſeu Magiſtratus delegare poteſt omnes cauſſas, quæ ſibi iure ordinario competũt, l. more 5. ff. de iuriſd. omnium iud. Idquè permittitur ſiue neceſsitas immineat, ſiue non, vt ſatis apparet, ex l. 1. ff. de officio eius, vbi in caſu neceſsitatis, veluti ſi Magiſtratum abeſſe contingat, meri imperij delegatio permittitur: igitur neceſsitas in ceteris cauſsis delegabilibus non attenditur, ergo lex, quæ expreſsè prohibet ordinarios iudices Vicarios ſibi conſtituere excepta neceſsitatis cauſſa, d. §. ad hæc prohibemus, & d. authentico

tico vt nulli iudicum, videtur in illis cauſsis exceptis Vicarium ordinarium facere, quia ſi eſſet delegatus, etiam citra neceſsitatem conſtitui poſſet; alioqvi enim fruſtra lex talem prohibitionem induceret, ſi ordinarius non eſſet, cui conſiderationi libenter aſſentitur Marant. d.4.part.5.diſt. principal.num.18.

Neque obeſſe putamus d.l.à Proconſulibus, C.de appellat. quam Bald. & ceteri prioris ſententiæ Doctores in ſubſidium aduocant: nam tex. ille loquitur in Vicario Præfecti Prætorio, cuius Præfecti Prætorio tanta olim dignitas & poteſtas fuit, vt vice ſacra, id eſt Principis loco, iudicare diceretur, l.à Proconſulibus 16. C.de appellat. in Codice Theodoſ. ideóque ab eo tanquam ab ipſo Principe appellari non licebat, d.l.à Proconſulibus, C.de appellat. l.1. C.de ſentent. Præf. Prætor. & l. Præfecti 17. ff. de minori. vnde nil mirum ſi ab eius Vicario ad eum appelletur, quemadmodum Princeps à ſentẽtijs Vicariorum ſuorum prouocatur, vt notat Philip. Franc. in præſenti verſic. aduerte, num.7. Decius in d.c. dilecti el tercero, nu: 31. de appellat. Maranta de ordine iudic. 6. part. titul. & quandoquè appellatur, num.383. 113

Quæ reſolutio aperit viam ſæpius à noſtris

agita-

agitatæ quæſtioni, an hodie Hiſpanico iure inſpe
114 cto locum tenentes Correctorum, qui vulgo *Tenientes*, ſeu *Alcaldes maiores* dicuntur, iuriſdictionem ordinariam habeant, vel delegatam: qui cū ex permiſsione, & præcepto legis, ac Principum tolerantia à Correctoribus conſtituātur, vt clarè demonſtrat, l. 10. titu. 5. lib. 3. compil. ſub hac verborū ſerie: *Se les mande i encargue de nueſtra parte, que tengā conſigo Tenietes letrados, &c.* Nulla dubitatio eſt quin iuriſdictionem ordinariam habeant, licèt abſquè vllo impedimēto, vel neceſsitate à Correctoribus nominati fuerint, cum ab ipſa lege, ſeu Principe cenſeantur electi. Cui opinioni vt veriſsimæ accedūt, Couar. lib. 3. variar. c. 20. num. 4. Auendan. de exſequendis mandat. c. 5. num. 3. Azeued. in d. l. 10. nu. 1. Morl. in empo. iuris, titu. de iuriſdict. prælud. 14. nu. 86. & plures alij ab ipſis relati.

Ex quo facilè deducitur, quòd cum huiuſmodi locum tenentes ordinaria iuriſdictione
115 fruantur, à ſententijs per ipſos prolatis ad Correctores appellari non poterit, quia eorumdem idem tribunal, & iuriſdictio eſt, vt reſoluit Maranta d. diſtinctione 5. num. 25. Auendañus vbi ſupra, & Azeued. num. 4. quemadmodum à Vicarijs generalibus ad Epiſcopum nequit appellari

pellari ex tex. noſtro, & d. c. Romana, infra de appellat.

Idquè ſimiliter obſeruandum eſt in Prætoribus, ſeu Correctoribus dominorum alicuius villæ, ſeu oppidi, de quibus non ad dominos prouocandum erit, ſed ad eos, ad quos ab ipſis dominis appellaretur: quia idem auditoriū ſicut Epiſcopus, & officialis vtriuſque cōſtituunt Ioan. Faber. in principio inſt. de vulga. num. 4. Ang. in l. præcipimus, num. 1. C. de appellat. Oldrald. conſil. 161. num. 6. Albertus Brunus in materia feudali, conſil. 102. à num. 1. Couar. c. 4. pract. nū. 6. verſic. ſecunda concluſio, Roland. à Vall. conſil. 76. num. 16. verſi. ſecūdo non obſtat, vol. 3. Auendaño de exſequend. mand. c. 6. in principio, Burg. de Paz in l. 3. Taur. part. 1. concl. 2. nū. 441. l. 1. tit. 1. lib. 4. recopil. & l. 14. titu. 18. eod. lib. 116

Nec refert quod à Ioanne Rege huius nominis primo, lege quadam anno Dominicæ natiuitatis 1390. lata contrarium cautum fuiſſe videatur his verbis: *Ordenamos, i mandamos, que quando los vezinos i moradores en los lugares de los ſeñorios, ſe ſintieren por agrauados de alguna ſentēcia que dieren el Alcalde, o Alcaldes (en que el derecho otorga apelacion) que apelen para ante el ſu ſeñor, o para ante el ſu lugar teniente que ouiere de oir ſus* 117

L *apela-*

apelaciones, &c. Nam omiſſo quod prædicta lex in nouæ compilationis volumine inſerta nō ſit, quapropter vim legis obtinere non poteſt, iuxta ea, quæ in procemio compilationis propè finem habentur: vt voluit Azeued. in d.l.1. titu.1. lib.4. recopil. num.41. reſponderi poteſt cum Palatio Rubeo in defenſione Regni Nauarræ, 2.part. §. 4. legem iſtam accipiendam eſſe de Prætoribus particularibus ab oppidorum dominis conſtitutis, vt ab his tanquam à foraneis ad dominos prouocari poſsit, non verò de generalibus totius dominij & iuriſdictionis, à quibus ſi appellare contigerit, non ad dominum, cum vnum tribunal conſtituat, ſed ad ſuperiorem domini appellabitur. Quò ſpectat communis praxis, quæ in ſupremis Regis tribunalibus obſeruatur; vt ſi à ſententijs per dominos in gradu appellationis prolatis euenerit appellari, dominorum iudicia, etſi iuſta fuerint, ob defectum iuriſdictionis irritantur, cuius praxis fidum teſtimonium præbet Bouadilla lib.2. politicæ, c.16. num.77. ad finem: niſi mauis aliter tentare cum Couar. pract. c.4. nu.6. verſic. ſecunda concluſio, & prædictam conſtitutionē interpretari de Prætore à populo electo, & à domino confirmato, à cuius ſententia nihil impedit quin dominus ipſe prouocetur, cum talis iudex.

iudex diuerſam habeat iuriſdictionẽ ab ea, qua dominus potitur, cum non ipſe, ſed populus iudicem creauerit. Sequitur Auiles in capit. Prætorum, c. 1. glo. 1. num. 3. verſi. & an de iudicibus, & planiùs in c. 38. glo. verbo ante nos, num. 3. verſi. ſedlicèt hoc, vſque in finem, ſecus verò ſi ab ipſo domino fuerit electus, quia tunc cum vnum tribunal conſtituant, & eandem iuriſdictionem habeant, non poterit ad dominum appellari, vt docet Couar. & Auiles vbi ſupra.

Nec prætereundum erit, rationem illam ſæpè ſæpiùs à nobis repetitam, qua Bonifacius VIII. ad appellationis prohibitionem vſus eſt: Epiſcopi nempè, & Vicarij idem tribunal, & auditoriũ eſſe, non tantùm Epiſcopi prouocationem impedire, verùm & plures alios, nec reticendos effectus producere.

In primis enim illud ſuboritur, quòd ſi Epiſcopus fuerit maiori excõmunicatione notatus, & publicè denunciatus, eius officialis, ſeu Vicarius generalis iuriſdictionem ſuam exercere non poterit. Quia ſicut per huiuſmodi excommunicationem ſuſpenditur Epiſcopi iuriſdictio, c. ad probandum 24. de re iudicata, c. audiuimus 24. quæſt. 1. Suarez de cenſur. diſpu. 13. ſec. 2. num. 15. & cõmuniter notatur in c. ſciscitatus de reſcrip. 118

 ita

ita ſimiliter eius Vicarij iuriſdictio ſuſpenditur, idquè meritò cùm acceſſoria ſit, & idem auditorium vtriuſquè reputetur, c. 1. vbi gloſ. verbo ipſius officialis, in fine, Philip. Franc. num. 3. Arch. num. 1. Ancha. num. 2. de officio Vicarij hoc lib. glo. verbo conteſtata, in d. Clement. final. de procurat. Abb. Felin. Bald. Immol. Ancar. Cardinal. & alij, quos refert Sbroc. de Vicar. Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 17. num. 1. & 2. Specul. in titu. de iudic. deleg. §. reſtat, num. 7. Ioan. Andr. in c. ne aliqui, num. 9. infra de hæretic. Decius, & alij in c. intelleximus, num. 3. de iudic. Roman. ſing. 632. Maranta in ſpeculo, 4. part. diſtin. 5. principali, num. 70. Selua. de benef. 2. part. quæſt. 14. num. 6. & 6. part. titu. de Vicar. Epiſcopi, num. 3. Anton. Cucchus inſtit. maiorum, titu. 8. de Vicar. nu. 134. Silueſt. in ſum. verbo Vicarius, quæſt. 4. verſi. quartum. Emanuel in ſumm. verbo excommunicatio, c. 82. concl. 8. Rebuf. in praxi de Vicar. Epiſcopi, num. 217. cum ſequenti. & in concord. titul. de excommunic. non vitand. glo. 1. verſi. collatio etiam facta, Federicus Scot. lib. 8. reſponſorum, reſpon. 4. num. 5. latè proſequitur aduerſus Ricard. & Armil. Thom. Sanchez, tom. 1. de matri. lib. 3. diſput. 30. num. 5. cum ſequenti. Zerol. in praxi Epiſcopali 1. part. verbo Vicarius. §. 8. Hieron.

Digitized by Google

ron. Gonzal. in regu. 8. cancel. glo. 5. §. 9. nu. 127. Iacob. Lauren. de iudice ſuſpecto, c. 4. num. 10. Azor lib. 3. inſtit. moral. c. 45. verſi. decimo quarto quæritur, Vgolin. de officio & poteſtate Epiſcopi, c. 4. §. 2. num. 3. & §. 6. nu. 5. Auila de cenſ. 2. part. c. 6. diſput. 6. dub. 4. per totum; facit Rota titu. de officio Vicar. dec. 4. aliàs 378. num. 2. in nouiſ. Hinc Epiſcopo excommunicato eius Vicarium alium excommunicare nó poſſe docuit 119
Sayrus de cenſur. lib. 5. num. 37. Nec valere collationem, ſi dum Epiſcopus excommunicatus eſt, 120
Vicarius conferat, imò effici irregularem docuit Aretinus in c. cũ non ab homine de iudic. Fran. Marc. deciſ. 1231. num. 4. & 6. & deciſ. 1232. in principio, part. 1. Pariſius conſi. 89. num. 5. vol. 4. Rebuf. & Sbroc. vbi ſupra: niſi Epiſcopus eſſet toleratus, vel occultè excommunicatus, nam tunc fauore publici iuris cum cómuni opinione pro non excommunicato habeatur, collatio à Vicario, ſiue ab Epiſcopo facta valebit, vt colligitur ex Abb. in c. veritatis, num. 42. de ſententia excommunicationis, Felinus in c. ad probandum, num. 6. de re iud. Franciſ. Marc. deciſ. 967. nu. 7. & 13. Vgolinus vbi ſupra, d. num. 5. optimè declarat Auila de cenſ. d. 2. part. c. 6. diſput. 6. dub. 3. verſic. ex dictis primo ſequitur. Qua ratione ſi

121 Capitulum ſede vacante ſuſpenſionis cenſura ſit irretitum & iuriſdictionis vſu priuetur, principalis eius Vicarius iuriſdictionem exercere non poterit, vt docet Suarez in tractatu de cenſuris, diſput. 7. ſectione 3. nu. 13. Vgolinum reprehendens, qui contrariam ſententiam ſectatur in tractatu de cenſuris, tabul. 1. c. 4. §. 2. nec refert an à Capitulo, an à Metropolitano ob negligentiam Capituli generalis Vicarius conſtituatur ſecundùm formam ſacroſancti Concilij Tridentini,
122 d. c. 16. de reformatione, quia ob negligentiam Capituli non deuoluitur iuriſdictio ad Metropolitanum: nam aliàs ipſe auctoritate ordinaria excommunicare, & abſoluere poſſet, ſed deputatio tantùm, ſiue ius conſtituendi Vicarium nomine Capituli, qui quidem Vicarius taliter conſtitutus iuriſdictionem habet pendentem à iuriſdictione, quæ in ipſo Capitulo reſidet; Tridentina enim Synodus noluit iuriſdictionem Capituli ob eius negligentiam in Metropolitanum deuolui, ſed ſolùm Capitulum obſtringere, & obligare neceſsitate Vicarium nominandi, vt eleganter explicat Suarez vbi ſupra d. ſect. 3. nu. 14. Aliter tamen dicendum eſſet ſi Vicarius non generaliter fuiſſet à Capitulo conſtitutus, ſed ad certum locum, vel ad certam cauſſam: nam cum

hoc

hoc caſu Vicarius non conſtituat idem tribunal
cum Capitulo,quia delegatus eſt,vt ſuperiùs nu
mer.35.tradidimus.Ideò cenſuræ latæ in Capitu-
lum non impedient, quo minus Vicarius dele-
gatam iuriſdictionem exerceat, vti ex Pauino, 123
Cardinali;& alijs docet Sbroc.d.lib.3.de Vicario
Epiſcopi,quæſt.17. num.11. quemadmodum in
Vicarijs foraneis, ceteriſquè iudicibus delegatis
tenet glo.verbo ipſius,poſt mediũ in c.1.de offi-
cio Vicarij hoc lib.glo. & Innocen. in c. licèt de
officio delegati,Speculator, d.titu.de iudice de-
legato,§. reſtat,d.num.7.Soto in 4. ſenten.diſt.
18.quæſt.4.art.3.verſi.circa conceſsiones,Sbroc.
alios referens d.quæſt.17.num.5.& 10. Zerola in
praxi Epiſcopali, d. verbo Vicarius, 1.part. §.8.
Sanchez vbi ſupra, num.7. Auila de cenſur.c.6.
diſput.6. dubio 4.

Sed certè hæc reſolutio aliquantulum ſcrupu
loſa apparet, nam Epiſcopo excommunicato, 124
eius delegatus iuriſdictionem exercere non
poteſt, quia delegatus proprium nihil habet,ſed
illius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur, l.1.§.
qui mandatam.ff.de officio eius,ergo vſu iuriſdi
ctionis per excommunicationem Epiſcopo ſu-
blato, nulla iuriſdictio remanet, qua deinceps
delegatus vti poſsit.

Pro

Pro perfecta itaquè huius rei cognitione ego
125 diſtinguendum puto, nam aut ante Epiſcopi excommunicationem negotium delegato cōmiſſum inceptū erat, aut non, primo caſu cum delegatus ſit dominus negotij effectus, & eius iuriſdictio perpetuata, licèt Epiſcopus excommunicationis cenſuram incurrat, poterit iuriſdictionē exercere; ſi verò excommunicationis tempore negotium integrum erat, delegati iuriſdictio ex ratione ſuperius tradita ſpirat, quemadmodum per naturalem mortem finitur, c. gratum, & c. relatum extra de officio delegati, ſecundùm quam diſtinctionem ſuperior reſolutio temperāda eſt, vt aduertunt ex Ioan. Andr. Archid. & Hoſtien. Philip. Franc. in c. 1. num. 5. infra de officio Vicarij, Abb. in c. licèt de officio delegati, num. 8. Maranta in ſpeculo, 4. part. 5. diſtinct. principali, num. 70.

Eodem etiam pertinet, quod quemadmodum
126 vſu iuriſdictionis per excōmunicationem Epiſcopi Vicarius priuatur, ita ſimiliter eam exercere non poterit in eo negotio, in quo Epiſcopus ob legitimā ſuſpicionis cauſſam recuſatur; nam cum per recuſationem Epiſcopi iuriſdictio ſuſpendatur, neceſſariò etiam Vicarij iuriſdictio, vt pote cum eadem ſit, & idem tribunal cum Epiſ-

copo

copo conſtituat, ſuſpenſa cēſebitur: nec nos con turbat tex. in l. vnica, C. ſi quacumque prædìtus poteſta. vbi licèt ordinarius iudex, qui in Prouin cia adminiſtrat, recuſatus ſit, eius Vicarius omnium, tam criminalium, quàm ciuilium cauſſarũ exercitiũ habet, quia reſpondetur, Vicarium ibi recuſato ordinario iuriſdictionē exercere poſſe, nec ordinarij recuſationem id aliquatenus impe 127 dire, quia noua & ſpeciali Principum indulgentia, iuriſdictio illi conceſſa fuit, vt ſatis aperiunt. Cæſarum verba: *Atque omnia, vel ciuilia, vel criminalia negotia quandiù idem in adminiſtratione fuerit, Vicario competant*. quam interpretationē tetigit Decius in c. 1. num. 70. de iudicijs.

Omiſſa tamen huiuſmodi interpretatione, & 128 alijs, quæ hactenus frequentiſsimis omnium vocibus probatæ ſunt, quarũ plures ſectatur Sbrocius lib. 3. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 14. num. 6. Surd. conſi. 50. à nu. 35. cum ſequenti, mihi videtur, d. l. vnicam vſque adhuc à nemine interpretum (quotquot videre, aut legere contigit) fuiſſe intellectam. Cum in eo errore verſentur, vt exi- 129 ſtiment accipiēdam eam legem de Vicario illius iudicis ordinarij, qui prohibitas nuptias audaci conamine contra Principum ſtatuta contrahere niſus eſt; quod quidem iudicio noſtro Impera

M torum

torum mētem nuſquam tenuit, ſed hoc potiùs, vt ſi iudex ordinarius ſubditā mulierem in vxorem violenter accipere tentauerit, omnia tam ciuilia, quàm criminalia negotia vniuerſæ eius domus Vicario competant, non iudicis ordinarij, vt Acurſius ibi, & ceteri omnes ineptè autumāt, ſed Vicario Præfecti Prætorio, cui decretum illud dirigitur, vt ſubſcriptio docet, ibi, *Theodoro Præfecto Prætorio*: Præfecti autem Prætorio Vicarios in Prouincijs conſtituebant, vt ipſorum vice adminiſtrarent, l. 3. §. illud de. can. largit. titul. & notat Cuiac. in paratitlis, C. de officio Vicarij, Bud. de verborum ſignificatione, verbo Vicarius, verſi. erant autem Vicarij, Berrut. in lexico iuris, eod. verbo. Quare Vicario Præfecti Prætorio in illa diœceſi conſtituto propter ordinarij ſuſpicionem Imperatores cauſſas committūt, Rurſus, quod d. l. vnica loquatur de Vicario Præfecti Prætorio proculdubio ſuadetur apertè: nā quoties in Codice Iuſtinianeo, Vicarij nomen ſimpliciter profertur de Vicario Præfecti Prætorio intelligitur, vt conſtat ex titu. C. de officio Vicarij, in quo tantùm de Vicario Præfecti Prætorio agitur, atque de eo ſolùm intelligitur, vti explicant Cuiac. Vveſembequi. & Iulius Patius in paratitlis ad eundem titul. Cum enim compertū

ſit,

ſit, d.l. vnicam de Vicario Præfecti Prætorio loqui, nulla dubitatio remanet, cur iudice ordinario, vt ſuſpecto, recuſato, ſeu interdicto Vicarius cognoſcat, qui non erat iudicis ordinarij ſuſpecti Vicarius, nec cum eo idem tribunal conſtituebat; ſed à Præfecto Prætorio deputatus, ac per conſequens ordinario ſuperior, cum vice ſacra inſtar Præfecti Prætorio iudicet, l.1.C.de officio Vicarij, Cuiac. vbi ſupra, & in l.eos qui 6. C. de appellat.

Minus obeſt additio Gloſſæ in præſenti verbo *vtriuſque*, & Gloſſa vltima verbo *videtur*, quam ſequuntur Archid. ibidem, num. 2. ad med. Philip. Franc. num. 10. Iacob. Laurent. de iudic. ſuſpecto, c. 4. num. 6. ad fin. dum docent Epiſcopi, & Vicarij idem auditorium non eſſe quoad recuſationem, nam illud intelligendũ eſt, quoad cauſſam recuſationis Vicarij coram Epiſcopo diſcutiendam, quo caſu vnum tribunal vtriuſque non reputatur, quia Vicarij recuſatio eius perſonæ cohæret, atque eandem perſonam concernit, non iuriſdictionem; quapropter Epiſcopo non interdicitur cauſſam recuſationis ſui Vicarij diſcutere, ſicut appellationis cauſſam cognoſcere prohibetur, quod non obſcurè ſenſiſſe videtur Summus Pontifex in d. c. ſi contra, ibi: *Recuſa-* 130

tionis cauſſa coram Epiſcopo eſt probanda, idem eſt
ſi officialis recuſetur eiuſdem: licèt ad ipſum ab eo-
dem officiali nequeat appellari. Et hanc fuiſſe men-
tem Gloſſæ noſtræ, & ſequentium non conie-
ctura modò probatur, verùm prædicti canonis
verba pro ſolido ſuæ opinionis fundamento ad-
131 ducta ſuadent: verba enim Scribentium ſecun-
dùm iura, quæ allegant, intelligenda ſunt, ex tra-
ditis per Bart. in l. non ſolum, §. liberationis, ff.
de liberatione legata, & in authentica ſed iam
neceſſe, vbi Bald. C. de donationibus propter
nupt. Salicet. in l. ſi ex cautione, C. de non nume
rata pecunia, Roland. conſi. 39. nu. 32. vol. 4. Pla-
nè in quæſtione propoſita recuſato Epiſcopo ge-
neralis Vicarius non cognoſcit, quia cum per re-
cuſationem Epiſcopi iuriſdictio ſuſpendatur, vt
dictum eſt: Vicarij etiam iuriſdictio ſuſpẽdi de-
bet, cum eadem ſit, & ab ea, quam Epiſcopus ha-
bet, dependeat.

Maior tamen dubitatio eſt, an ob iuſtam Epiſ-
copi ſuſpicionem eius Vicarius recuſari poſſit,
cum idem tribunal vtrique conſtituant, in quo
132 mirum eſt quàm diuerſimodè fluctuentur au-
ctores: alij recuſari poſſe affirmant, quorum in
numero ſunt Innocen. in d. c. inſinuãte, num. 1.
de officio deleg. Abb. num. 2. & 3. Felin. num. 1.
Salice-

Salicetus in d.l.vnica, num.1.ad finem, C.ſi quacumquè prædit. poteſt. Franc. in d. c.ſi contra, num.6. de officio deleg. hoc lib. Capic. deciſ. Neap.137.num.9.Pariſ. in c. poſtremo, num.12. de appellat. Maranta in ſpeculo, 6.part. in 2.actu principali, num.28. Rebuf. in praxi benef. in forma Vicarij Archiepiſcopi, num.190.& 3.tom.ad leges Gallicas, titul.de recuſationibus, art.9.glo. vnica, num.30. Craueta conſil.6.num.33. Rip. Bertach. Roduan. Bertrand. Ant.Burgenſ.cum pluribus, quos citat,& ſequitur Sbroc.de Vicario Epiſcopi, lib.3.quęſt.14.num.4.& 5.& Iacob. Lauren.de iud. ſuſpecto, c. 4. num.7. Alij verò 133
è conuerſo ſuſpicionem Epiſcopi ad Vicarij recuſationem ſufficere negant, vt Bald.in d. l.vnica, nu.4. C.ſi quacumquè prędіtus poteſtat.Decius in d. c. 1.num.70. extra de iudic.Barbat. in tractatu de præſtãtia Cardinalium leg. à lat.c.3. num.12. Angel. in l. præcipimus, num.1. C. de appellat.& in l.aduerſus, nu.3.C.ſi aduerſus rem iud.Iaſ. in l. apertiſsimi 14. num.9. C. de iudic. Bouadilla in politica, lib.1.c.12.num.39. Surd.d. conſi.50.num.36.

Quapropter hac in re priorem ſententiam, 134
cum & numero auctorum, & ratione ſit commendatior, præferẽdam exiſtimo, nec ob id prin-

 cipali-

cipaliter quod Vicarij & Epiſcopi idem tribunal ſit, vt ferè omnes huius opinionis ſectatores voluerunt, ſed propterea quòd humani moris ſit, illum vereri, cuius iudicio, & volũtate nunc erigitur, nunc deprimitur, vt eleganter Ioan. Papa ait Iſaaco Syracuſano Epiſcopo ſcribẽs in c.1.16. quæſt.2. Vnde cum Vicarius Epiſcopum à quo fuit creatus, ſiue erectus, timere debeat, quòd illum pro libito reuocare poſsit ex glo. in Clementina final. de procur. & in Clement. & ſi principalis, verbo per electionem de reſcrip. vbi Card. num.10. & Anchar. num.9. Bald. in l. ſolet, nu.6. ff. de officio Proconſul. & ex alijs pluribus, quos ſupra plena manu congeſsimus, veriſimile eſt Vicarium obſequij, & remotionis timore in ſuſpecti Epiſcopi placitum facilè trahi poſſe, atque ideò iuſta Epiſcopi ſuſpicio recuſationi Vicarij legitimam cauſſam præbet, vt eleganter conſiderauit Ripa in c.1. num.44. extra de iudic. Rebuf. in pract. benef. in forma Vicarij Archiep. d. num.
135 190. Et hinc notabiliter infert Ripa vbi proximè quod ſi Vicarius Epiſcopi per Papam fuerit confirmatus ob ſuſpicionem Epiſcopi recuſari non poterit, ſequitur Sbroc. d. quæſt.14. num.11. lib.3. cum talis Vicarius ab Epiſcopo nequeat reuocari, ſeu remoueri, ſecundùm Butr. à Ripa, vbi

ſupra

ſupra citatum Bald. in l. ſolet, num. 6. ff de officio Proconſul. quaſi tunc nihil ſit, quôd Vicariũ à iuſtitiæ ſemita deuiare compellat.

In hoc tamen Ripa, & Sbroc. falluntur, nam 136
rectiùs puto Vicariũ Epiſcopi etiam per Papam confirmatum reuocari poſſe ab eodem Epiſcopo, ac ſi confirmatus non eſſet, quia confirmatio nihil de nouo concedit, ſed tantùm actum, 137
prout eſt, confirmat c. 1. & 2. de confirmatione vtili, vel inutili, & aliud agens Ripa probat in reſpon. 40. ſub titu. de officio deleg. nu. 7. Ea enim natura confirmationis eſt, robur ſolùm addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in confirmato non includebantur, extendere, Beroius, conſi. 7. num. 37. lib. 3. Decius in l. more, num. 3. ff. de iuriſdic. omnium iud. Menoch. conſil. 75. num. 32. vol. 1. quos refert Magonius deciſ. lucenſi 14. num. 22. pro quo facit dictum Bald. in procęmio decretal. verbo rex pacificus, num. 41. rela- 138
tum à Iaſ. in l. more, num. 28. ff. de iuriſdic. omn. iudic. quòd excommunicatus ab Epiſcopo ab eo abſolui poteſt, quamuis prædicta excommunicatio per Papam confirmata fuerit, cui rectè conuenit tex. in c. ex frequentibus 3. de inſtit. Igitur cum ante confirmationem per Pontificem factam Vicarium reuocare Epiſcopo liceret, illud

ius

ius Epiſcopo competens, ex ſubſequenti Papæ confirmatione nõ cenſetur ſublatum, ſiquidem confirmatio ſine præiudicio tertij facta intelligẽda ſit, Bald. in l. 1. in prin. ff. de conſt. principum, Alexan. conſil. 125. num. 5. vol. 2. per tex. in l. auctoritatem, C. vnde vi, per eumdẽ Ripam citatos reſpon. 93. nu. 20. ad id etiã allegans l. 1. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & c. ſuper eo de officio deleg. in cuius confirmationem nõ incongruè adduci poteſt elegans Panormitani doctrina in c. cum acceſſiſſent, num. 2. de conſtit. (cuius etiam Ripa meminit reſponſ. 2. num. 6.)
139 dum ait confirmationem ſtatutorum à ſuperiore ſimpliciter factam non impedire quo minus ſtatuentes poſsint prædicta ſtatuta tollere, nam confirmatio non efficit, quòd Principis ſtatuta dicantur, vt Bald. latiſsimè comprobat in. l. ex placito à num. 6. C. de rerum permutatione, & in c. cũ contingat, de iure iur. probatus à Iaſ. in d. l. more, num. 27. ff de iuriſdic. omnium iudic. Vnde licèt Papa Vicarium ab Epiſcopo conſtitutum confirmauerit, cum adhuc timor reuocationis in Vicario militet, ex ſuſpicione Epiſcopi meritò reuocari poterit, vt voluit Rebuf. in praxi benefi. titu. de Vicario Archiep. num. 195. & in tractat. de euocatione, num. 102. Ant. Cucch. lib. 2. inſtit.

Digitized by Google

inſtit. maior. titu. de Vicar. num. 139. & Iacobus Laurentius in tractatu de iudice ſuſpecto, c. 4. num. 9. Planè diuerſum eſſet, ſi Summus Pontifex Vicarium in Epiſcopatu cõſtituat, nam tunc 140
non poterit reuocari, vt affirmat Barbac. in tract. de Card. leg. à lat. quæſt. 3. num. 12. quia ex quo Summus Pontifex Vicarium conſtituit, videtur Epiſcopum prohibuiſſe, ne illũ remoueat, ne ve alium eius loco deputet, vt docet Caual. Mileloq. 739. num. 3. Iacob. Lauren. d. tractatu de iud. ſuſpecto, c. 4. num. 10. & ſic iſto caſu tum timor reuocationis in Vicario ceſſet, ob ſuſpicionem Epiſcopi, tanquam ceſſante cauſſa recuſari nequiuit, ex regula tex. in c. cũ ceſſante de appellat.

In delegato etiam, ſeu Vicario foraneo Epiſcopi idem, quod de Vicario generali præfati ſumus locum habere, cur negemus? Cum timor 141
remotionis æquè in eo, ac in Vicario generali vigeat, & ſi communis ferè omnium Doctorum reluctetur opinio Card. in Clemen. 2. quæſt. 8. de reſcrip. Felin. in d. c. inſinuãte, num. 1. de officio deleg. quibus aſſentitur Sbroc. vbi ſupra, nu. 8. Quæ vera & ſubtilis conſideratio ita dubium & perplexum Ripam tenuit in c. 1. num. 44. de iudicijs, vt de veritate ſententiæ Cardinalis & ſectantium valde dubitet. Porrò parum conducit,

N dele-

delegatum Epiſcopi idem tribunal cum Epiſcopo non habere, in quo opinionis ſuæ Sbroc. & ſupra relati robur collocant, quia licèt id verum (quod ipſi fatemur) timor tamen reuocationis remanet, cuius metu minus iuridicam ſententiam Epiſcopi iuſſu fortaſſè proferre compelletur, & hæc vera traditio, ni fallor, ſatis comprobatur ex d. c. inſinuante de officio delegat. vbi officialis, qui non vt Vicarius idem tribunal cum Epiſcopo conſtituens, ſed vt Pontificis delegatus cognoſcit, ex ſuſpicione Epiſcopi legitimè recuſatur.

Et huc quoquè reſpicit, quod ſi Epiſcopus ali-
142 cui, puta canonico, cauſſam delegauerit, ad Vicarium eiuſdem appellari poterit, & ſi aliàs non niſi ad delegantem debeat prouocari, quia vnitas iuriſdictionis, & tribunalis efficit, vt Vicarius ipſe delegaſſe videatur, tenuit in præſenti Archidiaconus, num. 2. in fine, Ioan. Andr. Philip. Franc. num. 8. Geminianus num. 7. Ancharra. num. 2. ad medium, Cardinalis in Clement. 2. nu. 25. de reſcrip. Decius in c. dilecti el tercero, num. 2. vbi Franc. in 2. quæſt. de appellat. Felin. in c. ſi quis contra 4. nu. 5. verſi. delegato, de foro competẽti addic. ad Roman. ſing. 464. Rota, decif. 3. de officio Vicarij, aliàs 350. & deciſ. 7. aliàs

aliàs 371. in nouiſſ. Iacob. Lauren. de iud. ſuſp. c. 4. num. 14. prope finem.

Contrariæ tamen ſententiæ imò ad Epiſcopum neceſſario appellari debere, vindices, ac defenſores ſe conſtituunt, Roman. d. ſingul. 464. Paulus de Leazar. in d. c. dilecti el tercero. & in d. c. ſi quis contra, de foro compet. Alexand. in apoſtilla ad Bart. verbo & idem auditorium, in L. 1. §. ab eo, ff. quis & à quo appelletur, pro cuius munimine ac protectione ſequentia fundamenta ſubijciunt. Primum quia delegato Epiſcopi recuſato ſolus Epiſcopus de cauſſa recuſationis cognoſcit, c. ſi contra vnum 4. §. cum autem de officio delegat. hoc lib. ergo ſimiliter à ſententia delegati ab Epiſcopo, Epiſcopus tantū prouocabitur, non verò ipſius Vicarius: cum appellatio & recuſatio in iure æquiparentur, c. ſuper eo 12. de appellationibus, vbi Butrius, nu. 2. & Franc. in præſenti, num. final. 143 144

Secundo huiuſmodi conſideratione mouentur, quia delegatus in cauſſa ſibi ab Epiſcopo delegata maior eſt Vicario, vt colligitur ex c. ſtuduiſti 2. extra de officio legati, vbi legatus generalis (qui ordinariam iuriſdictionem habet, c. 2. de officio legati hoc lib.) non prouocatur a ſententia delegati ad ſpeciale negotium conſtituti, 145

quod ſignum eſt, delegatum in cauſſa ſibi commiſſa maioré eſſe ordinario, indequè conſequenter deduci de delegato Epiſcopi ad eius Vicarium prouocari non poſſe.

Quibus & aliud argumentum conducit, nam
146 ex quo Epiſcopus cauſſam alicui delegat, quoad illam cauſſam Vicarij iuriſdictioni derogaſſe cenſetur, argumento tex. in c. cum M. & quæ ibi notãtur de cõſtitutionibus, & d. c. ſtuduiſti, & c. petitoriũ de accuſationibus, igitur à delegati ſentẽtia nõ poterit ad Vicarium appellari cũ in illa cauſſa nullam iuriſdictioné habere compertũ ſit.

Abb. verò Panormitanus in d. c. ſi quis contra
147 in 1. lectur. num. 25. & in 2. lectur. num. 30. de foro comp. diuerſam ſententiam in hac quæſtione profert, docens, quod ſi Epiſcopus præſens ſit, videlicet in diœceſi, aut in loco propinquo à ſententia delegati ad eum appellari debeat, vt in d. c. ſi contra vnum infra de officio deleg. Si verò abſens fuerit, appellationem, tanquam legitima cauſſa interueniente, Vicario deferẽdam eſſe: argumento, l. ſi hominem, ff. mandati iunctis his, quæ notantur, in d. c. ſi contra vnum. Quam opinionem, vt veriorem tuetur Sbroc. lib. 2. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 174. num. 18. & quæſt. 175. num. 14. cum ſequentibus.

Ego.

Ego verò in hac opinionum conflictatione priorem ſententiam præferendam ſtatuo, quip- 148
pe quam commendet ratio noſtri tex. quæ in di ſtinctè vnum auditorium, Vicarium, & Epiſcopum habere conſtituit. Nec ſuperioribus argumentis tantùm deferendum eſſe cenſui, vt à prædicta ſententia recedatur, quam vt in tuto collocemus, argumenta, quæ in contrarium mota ſunt, enodanda erunt. Non eſt quod primũ obſiſtat, nam facilè diluemus negantes maiorẽ, quia verũ non eſt recuſationis cauſſam delegato obiectam coram Epiſcopo neceſſario probandam eſſe: imò verius exiſtimo coram eius Vicario generali dictas recuſationis cauſſas proponi, ac pro 149
bari poſſe, tantùm enim abeſt, vt d. c. ſi contra vnum dum recuſationis cauſſam coram Epiſcopo terminandam ſimpliciter profert, perſonam Vicarij excludat, vt potiùs ſententiam noſtram comprobare videatur, nam quoties ſimpliciter de Epiſcopo mentio fit, etiam Vicarij perſona 150
ſubintelligitur: vt ex Archid. & alijs docet Felin. in d. c. ſi quis contra nu. 5. de foro comp. Sbroc. lib. 2. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 43. num. 29. eleganter Suarez in tractatu de cenſuris, diſput. 7. ſect. 3. num. 10. Pro quo notabiliter facit, quod licèt lex iubeat, vt à nemine prorſus aliquid decer

351 natur præterquam ab Epiſcopo, illud nihilominus poterit expediri per eius Vicarium, vt ſacra Congregatio Cardinalium cenſuit ſub die 18. Februarij, anno 1583. in qua cum dubitaretur an ſanctum Concilium Tridentinum, ſeſ.25. de reformatione, c.3. dum præcipit, vt excommunicationes, quæ monitionibus præmiſsis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo decernantur, perſonam Vicarij videatur excludere, reſpondit Vicarium generalem has excommunicationes decernere poſſe, quaſi appellatione Epiſcopi eius Vicarius comprehendatur. Quod etiam tenuerũt Sbroc. Siluã Nuptialẽ, Cardinal. & Lanfr. referens lib.2. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 171. num. 2. quibus adde Bernard. Diaz, regul. 243. Graff. conſil. 6. num.7. de ſententia excommunicationis, Coſta de facti ſcientia, & ignorantia, cent.2. diſtin.55. num.1. tom.1. Ioan. Gutier. lib.1. canonicarum quæſt. c.11. num.8. Sair. de cenſ. lib.1. c.9. num.33. verſic. primum eſt, Zerola in praxi Epiſcopali, 1. part. verbo Vicarius, §. 17. ſequitur Lazarius de monitorijs, ſect.1. quæſt.6. nu.1. & 2. Vnde apparet in d.c. ſi contra, Vicariũ non excludi à cognitione recuſationis delegati ab Epiſcopo: nam,

vt

vt ipſe videretur excluſus, nominatim id fieri debuit, vt ſacroſanct. Concil. Tridentinum, ſeſ. 24. c. 6. de reformatione ad excludendum Vicarium expreſſe inquit, quod Epiſcopis tantùm, non eorum Vicarijs ſit permiſſum. Quare ſi vt Romanus & ceteri inquiunt; appellatio, & recuſatio æqua lance trutinantur, vt de vno ad aliud argumentari liceat; cum iam exactè oſtenderimus recuſationis cauſſam aduerſus Epiſcopi delegatum propoſitā, coram ipſius Vicario probabari poſſe: idquè tam manifeſtum exſiſtat, vt amplioribus nullis alijs probationibus egeat, conſequenter igitur ab eiſdem fatendum erit, appellationem de delegato Epiſcopi ob recuſationis ſimilitudinem ad ipſius Vicarium deferri poſſe.

Nec eſt quod nos torqueat ſecūda difficultas ex c. ſtuduiſti de officio legati: quia reſpondetur verum eſſe delegatum Pontificis in cauſſā ſibi ſpecialiter cōmiſſa, legato maiorem effici, ex d. c. ſtuduiſti, & c. ſanè 11. extra de officio delegati: quia cum delegato illa cauſſa ſpecialiter fuerit commiſſa, ob id legatus ex generali commiſſione in eam ſe intromittere non poteſt, quia mandatum ſpeciale generali detrahit, quo fit, vt cum cognitio illius cauſſæ legato ſubtracta fuerit, & in ea delegatus eo maior ſit effectus, non poſsit 152

in eam quomodolibet ſe intromittere, nec per appellationem cognoſcere, non tamen licèt de legato Pontificis ad Epiſcopi delegatum in præſenti quæſtione arguere, nam ex quo Epiſcopus alicui ſimpliciter cauſſam delegat, maiorem iuriſdictionē, quam habet Vicarius generalis, non tribuit, quia Epiſcopus in delegatum maiorem iuriſdictionem, quam ipſe habet, transferre non poteſt, ergo nec maiorem, quam Vicarius generalis, cum vtriuſque idem tribunal, & iuriſdictio ſit, quod in Pontificis legato locum non habet,
153 cum ipſe non conſtituat idem tribunal cū Summo Pontifice, ſicut Epiſcopus & Vicarius, vt docet Abbas d. num. 30. ad finem, & Sbroc. d. quæſtione 175. num. 13. idcirco a delegato Epiſcopi ad eius Vicarium ſicut ad eumdem Epiſcopum legitimè prouocatur, etſi à delegato Pontificis non ad generalem legatum, ſed ad Pontificem appellari debeat.

Minus etiam oberit tertia dubitatio, nam & ſi
154 Vicario videatur ſublata poteſtas in cauſſa alicui per Epiſcopū ſpecialiter delegata ex d.c. cum M. & ſimilibus, id ſanè intelligendum eſt reſpectu inſtantiæ principalis, non verò reſpectu appellationis, quia huiuſmodi poteſtatem in alium Epiſcopus non tranſtulit, nec ſpecificè ſibi retinuit,

vt

vt eleganter conſiderauit Abb. in d. c. ſi quis contra, num. 15. & 30.

Quæ quidem reſolutio à Romani & aliorum obiectionibus vindicata, extẽditur, & locum habet in excommunicato ab Epiſcopo, vel ab eius delegato: ita vt indiſtinctè ſiue præſens, ſiue abſens Epiſcopus ſit, Vicarius generalis ex ratione ſuperiùs tradita abſoluere poſsit, quidquid diſtinguat Sbroc. d. quæſt. 174. cum ſequen. Nec obſtat ad illum exſpectare abſoluendi poteſtatem, ad quem ligandi poteſtas pertinuit, c. inferior 21. diſtin. l. nemo qui condemnare, & ibi Decius, Cagnol. Ferrara, Rieuard. Petrus Faber. & alij, ff. de reg. iur. Innocent. in c. prudentiam, num. 14. de officio deleg. Couarr. in c. alma mater, §. 11. num. 10. de ſenten. excommun. lib. 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 43. à num. 25. quia reſpondetur huiuſmodi pronunciatum non procedere quoties habenti poteſtatem abſoluendi, & ligandi, poteſtas ligandi ſublata fuit, quia ex eo poteſtas abſoluendi adempta non cenſetur ſecundum gloſ. verbo contra eos in Clement. 1. de hæreticis. Rip. in l. qui condemnare 3. num. 11. in fine, ff. de re iud. & ideò cum Vicario qui poteſtatem ligandi, & abſoluendi habet glo. verbo Eccleſia ad finem, in c. ab Eccleſiarũ, de officio ord.

155

156

O Abb.

Abb. & Felin. in c. ex litteris, num. 4. de officio delegati, & latè Sbroc. lib. 2. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 168. & quæſt. 170. fuerit ſublata poteſtas ligandi ex eo quod Epiſcopus per ſe, vel delegatus, eius nomine excommunicationis cenſuram protulit, abſoluendi poteſtas adempta non videtur.

Superioribus etiam ſuccinit, Vicarij iuriſdi-
157 ctionem per Epiſcopi mortem (cum vtriuſque vnum tribunal ſit) ſpirare Clement. final. verbo conteſtata, vbi communiter Scribentes de procuratoribus, Abb. in c. 1. num. 5. extra ne ſede vacan. & in c. extirpandæ, §. quia verò, num. 14. de præbend. Butr. in c. tua, num. 2. de officio Vicarij, vbi paſsim DD. Franc. Marc. quæſt. 1120. nu. 1. Pauin. de officio & poteſt. Cap. ſede vacan. 2. par. principali, quęſt. 10. num. 12. Pariſ. conſi. 89. nu. 6. vol. 4. & Sbroc. qui quá plures refert lib. 3. quæſt. 43. Federic. Scotus, reſponſ. lib. 8. reſpon. 4. nu. 6. Surd. conſi. 50. num. 30. vol. 1. Thomas Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 30. num. cum ſequentibus, Azor lib. 3. inſtit. moral. c. 45. verſi. decimo quarto quæritur, Vgolin. de officio & poteſtate
158 Epiſcopi, lib. 1. c. 4. §. 6. num. 4. Quo fit vt ſi Epiſcopus ad manus hoſtium peruenerit, & captiuitate detineatur, eius Vicarius nec excommunicare,

care, nec alia huiuſmodi quæ iuriſdictionis ſunt, exercere poſsit; quia captiuitas ciuilis mors dicitur, l. pater 10. in fin. principij l. in omnibus 18. de 159
captiuis, glo. final, in l. 1. eod. titul. Et ſicuti Epiſcopi naturali morte Vicarij iuriſdictio ceſſat, ita & ciuili, quæ eumdem in propoſito ſortitur effectum, c. ſi Epiſcopus 3. infra de ſupplend. negligen. Prælatorum, & ſubſcribit Sayrus tractat. de cenſur. lib. 1. c. 5. num. 39. Vnde etiam per in- 160
greſum religionis, renũciationem, depoſitionẽ, ceſsionem, tranſlationem, relegationem, permutationem, vel per aliam ſimilem Epiſcopi abdicationem Vicarij iuriſdictionẽ extingui, ex pluribus reſoluit Sbroc. in repetito tractatu de Vicario Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 42. per totam.

Hinc tandem prodeunt, quæ communiter cir 161
cunferũtur, factum ſcilicet Vicarij Factum Epiſcopi reputari, Baldus in l. final, C. vbi & apud quem, Felin. in c. ſi quis contra, num. 5. de foro compet. Sbroc. d. lib. 3. quæſt. 6. num. 12. Et Epiſcopum teneri ſententiam ſui Vicarij vt propriã 162
defendere Speculat. titu. de competentis iudicis additione, §. ſequitur, num. 3. & Sbroc. vbi ſupra quæſt. 28. num. 1. Nec geſtis per Vicarium con- 163
trauenire, vt ex Paul. Caſtr. Deci. Rebuf. & alijs docet Sbroc. quæſt. 29. num. 1. & ſequen.

Et demum eadem ratione cauſſa per appella-
164 tionem ad Epiſcopũ delata, coram Vicario pro-
ſequi poteſt, vt deducitur ex tex. in c. dilecti el
tercero, & ex Abb. ibidem, num. 1. & 3. Decio
num. 1. de appellat. Francus in præſenti, num. 4.
Felin. Bald. referens in d. c. ſi contra, num. 5. de
foro compet. Foller. in praxi criminali canon, 1.
part. moral, num. 123. Bertach. tractatu de Epiſ-
cop. 7. part. 4. lib. titul. de Vicario Epiſcopi, nu.
125. Iacob. Lauren. in tractatu de iudice ſuſpecto
c. 4. num. 23. Azor, lib. 3. inſtit. moral. c. 45. verſic.
vndecimo quæro.

Redeundo tamen ad noſtri tex. deciſsionem
165 illud omittendum non eſt, appellationem de Vi-
cario Epiſcopi ad Epiſcopum adeò prohibitam
eſſe, vt ſi de facto contigerit appellari, etiam par
tibus conſentientibus, proceſſus inde ſecutus
nullus & inefficax ſit, Ioan. Andr. in præſenti, &
Philip. Franc. num. 10. Dominicus, num. 3. Specu
lator titul. de appellatione, §. nunc tractemus,
num. 4. Sbroc. d. tractatu de Vicario Epiſcopi,
lib. 3. quæſt. 2. num. 11. & 12. Caſtelion. conſil. 34.
num. 6. & ſequent. Thuſcus practicarum concl.
i. ir. litter. A. concl. 349. num. 5. & ratio eſt, nam
cum Epiſcopus in cauſſa appellationis nullam
prorſus iuriſdictionem habeat propter præſentis
capitis

capitis prohibitionem, partium conſenſus iudicem eum efficere non potuit, c. 1. infra de foro competenti, l. priuatorum 3. C. de iudic.

Nec contrarium ſuſpicor, quod appellatio 166 omiſſo medio conſenſu partium interpoſita, in iudicem ad quem iuriſdictionem transfert, iuxta gloſſam in d. c. dilecti el tercero, verbo poſt huiuſmodi, in prin. de appell. ab Abb. ibidem & ab omnibus (excepto Decio) communiter receptã, ſimilis gloſ. verbo ad Semonenſem Eccleſiam, in c. ſignificantibus 3. de oper. noui nunciatione, Abb. & ceteri in c. referente de præbendis, & Couar. communem dicens pract. c. 4. nu. 9. nam 167 reſpondetur, quòd appellare de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum contra ſubſtantiam appellationis eſt, quæ in eo potiſsimum conſiſtit, vt de inferiori ad ſuperiorem deferatur, vt latiùs à nobis in principio huius relectionis comprobatum eſt, vnde priuatorum conſenſus vires huiuſmodi appellationi tribuere non potuit, quia ea, quæ de ſubſtantia requiruntur priuatis conuentionibus tolli nequeunt, l. cum precario 12. ff. de precario, l. manuſata de contrahenda emptione, cum ſimilibus; prouocare autem omiſſo medio non eſt contra ſubſtantialia appellationis, ſed contra accidentalia, vt docet glo. noſtra in præſenti verbo

officialis, quam omnes communiter ſequuntur: Rocchus in c. final, num. 233. extra de conſuetudine: idcirco cōſenſu partium interpoſita appellatio ſubſtinetur, cum re vera maior iudex ſit, qui licèt propter omiſſum medium poſsit declinari (niſi ad Summū Pontif. appellauerit, vel ad Patriarcham, vt in ſecunda parte dicemus) iudex nihilominus competens dicitur, vt tradit gloſ. verbo competenti, in Clemen. 2. vt lite pendente, & in l. 2. §. conuenire, verbo conſenſus. ff. de iudicijs.

Rurſus etiam & illud ſcire oportet, non ſolùm
167 prohibitam eſſe appellationem de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum quoties iudicialiter appellatur, verum etiam ſi Epiſcopus extra iudicialiter prouocetur, Rota deciſ. 7. num. 2. de officio Vicarij aliàs 371. in nouis, Nicel. in concord. gloſſarûm, num. 83. ſequitur Sbroc. de Vicario Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 2. num. 10. etſi quidam vt ſubtiliorem potiùs, quàm veritatis amatorem ſe oſtenderet, crediderit tex. noſtrum iudicialem appellationem non extraiudicialem prohibere, propter verbum *conſiſtorium*, ibi adſcriptum, quod proferri, nec dici poteſt, niſi iudice in iudicio pro tribunali ſedente, vt in cap. cum Epiſcopus de officio ordinarij, c. final. cum ſimilibus de re iudic.

iudic. Quod ſanè admittendum nõ eſt, cum tex. noſter, & d. c. Romana generali verborum ambitu loquantur, quapropter tam de iudiciali, quàm de extraiudiciali appellatione intelligendos fore non ambigitur iuxta regulam c. Romanorũ 19. diſt. c. ſolitę de maioritate & obediẽtia, c. 1. de appell. hoc lib. cum etiam negari non poſſit, quin Vicarius ordinariam iuriſdictionem habeat ſaltem habitu, etiam ſi nunquam pro tribunali ſederet, atque ita ſuperiorem hallucinationem refutat, & conuincit Rota, d. deciſ. 7. num. 1.

Præterea noſtri tex. deciſsio locum ſibi vendicat in ſupplicatione, ita vt quemadmodum de 168
Vicario ad Epiſcopum appellatio interdicitur, ſimiliter etiam & ſupplicatio ad eumdem prohibita videatur, vt apertè poſt Innoc. & Hoſtienſ. defendit Archidiaconus in d. c. Romana, num. 2. & Gemin. nu. 6. infra de appellat. Capel. Toloſ. deciſ. 379. & ibi Stephan. Aufrer. qui hanc ſententiam communiter receptam eſſe teſtatur, Sbroc. alios cumulans lib. 3. quæſt. 12. per totam. Quæ opinio his potiſsimũ rationibus ſuadetur, quia ſi à ſentẽtia Vicarij ſupplicari poſſet ad Epiſcopum, maxima fraus prohibitę appellationi fieret, ſiquidem appellationis loco omnes ad Epiſcopum.

copum ſupplicarent. Quod planè abſurdum foret, & contra expreſſam iuris regulam, qua docemur, vt quod vna via prohibetur alicui, ad id alia non ſit admittendus, c. tuæ extra de procur. c. quia quid; infra de regul. iur. l. vltim. C. ſi manc. ita venier. ne proſtit.

169 Contrariam verò ſententiam defendunt Laudenſ. & Stephan. relati à Cardinali, in d. Clementin. 2. num. 8. de reſcrip. Pauin. de officio & poteſtate Capit. ſede vacante, 2. par. princip. quæſt. 10. num. 14. Fran. Marcus, quæſt. Delph. 322. num. 8. part. 1. Quam ſententiam ideò tuentur, quia interdicta appellatione, ſupplicatio ſublata non præſumitur, vt conſtanter tenet Ripa in l. nemo poteſt, num. 92. ff. de leg. 1. Menochius de adipiſcenda poſſeſsione, remedio 4. num. 92. Franciſ. Marc. deciſ. Delphin. 55. lib. 2. à num. 1. Immol. conſilio 145. verſicul. nec obſtat, Rolandus à Valle, conſi. 94. num. 3. vol. 1. Ruin. conſi. 157. num. 16. vol. 5. & alij plures, quos lata manu cumulat Cæſar Contard. in commentar. ad l. vnicam, C. ſi de moment. poſſeſs. fuerit appellat. quæſt. 8. à nu. 2. cum ſequentibus, Caballin. mileloq. 750. per totum.

170 Reor tamen hanc inueſtigationem vndique penſitatam nullius frugis videri; quod facilè ſua-

deri poterit, ſi agnoſcas ſupplicationem nõ cuilibet inferiori, ſed tantùm Principi peculiarem eſſe, vt notat Contardus in. d. l. vnica, quæſtione 8. num. 5. Franc. Marc. vbi ſupra num. 5. à quo cum prouocari ſuprema legum auctoritas non patiatur, l. 1. ff. à quibus appellar. non lic. ne alioquin prouocãs inferiorẽ iudicem adeat, ac proinde deſcendere potiùs appellatio contra eius naturam, quàm in altum proſpicere videretur, parti grauatæ æquum remedio ſupplicationis mederi viſum fuit, ne omni defenſione perpetuò deſtituta ius ſuum amitteret; at in Epiſcopi Vicario non eſt appellationis aditus interclusus, cum inde ad Metropolitanum, illicò ad Patriarcham, mox tandem ad Summũ Pontificem poſsit appellari. 170

Vnicum tantùm modum conijcio, quo prædicta quæſtio coloris fuco poſsit velari: cũ Ioan. Andr. in d. c. Romana, intra de appellat. Abb. in c. ex litteris, num 11. de reſtit. in integr. Cardin. in Clement. etſi principalis, num. 8. de reſcrip. ſi ſupplicationẽ videlicet non ſtrictiori vocabulo percipiamus, ſed largè, prout commodũ reſtitutionis reſpicit, minoris, ſeu maioris ex iuſta cauſſa; nam tunc rectè poterit Epiſcopus in integrum reſtituere contra ſententiam ſui Vica- 171

rij, Abb. in d. c. ex litteris, num. 11. in fine, & in c. tum ex litteris, num. 3. extra de reſtitutione in integrum Capel. Toloſ. deciſ. 479. Bertachinus de Epiſcopis 5. part. lib. 4. num. 67. & num. 127. & 7. part. num. 37. Maranta de ordin. iud. 6. par. titu. & quandoquè appellatur, nu. 382. Sforcias Oddus in tractatu de reſtitutione in inte. 1. par. quæſt. 32. art. 22. num. 156. Cucch. inſt. maiorum, lib. 2. titu. 6. de Epiſcopis, num. 308. & titu. 8. de Vicar. num. 127. Caballin. milleloquio 747. vbi in calce inquit, inde aſſuefactum eſſe conſtituere clauſulam illam in ſententijs eorum; *Salua domini voluntate condemnamus, &c.* Sbroc. d. tract. de Vicar. Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 12. nu. 11. & quæſt. 13. num. 6. Zerol. in praxi Epiſcopali, 1. part. verbo Vicarius, §. 5. Iacob. Lauren. tractat. de iudic.
172 ſuſpecto, c. 4. num. 12. Nec huius aſſerti ratio fugit, nam Epiſcopi Vicarius contra ſententiam à ſe ipſo latam condemnato reſtitutionem concedere poteſt, l. Præfecti 17. ff. de minoribus, l. 3. titu. 26. part. 3. & docent Abb. num. 11. in d. c. ex litteris, & Beroius nu. 27. de in integr. reſtit. per tex in c. cauſſam, eod. tit. & l. final, C. vbi & apud quem, & ex Innocentio, Ioan. Andr. & alijs tradit Sforc. Oddus, d. artic. 22. num. 157. Bertach. Cucch. & Sbroc. vbi proximè, Rebuf. in praxi

benef.

benef. titu. de forma Vicar. Archiep. num. 155. idquè eleganti ratione, nam etſi aliàs Vicarius, ſeu alius iudex ordinarius non poſsit retractare ſententiam à ſe latam, ex l. 1. C. ſententiam reſcindi non poſſe, poterit tamen condemnatum aduerſus eam reſtituere: quia in integrum reſtitutio reſcindit ſententiam prætextu erroris, vel iuuenilis lapſus ex parte ipſius victi. Quo circa cum Vicarius ipſe aduerſus ſuam ſententiam in integrum reſtituere poſsit, id etiam & Epiſcopo licebit, cum eorum vnum tribunal ſit, & iuriſdictio, vt ſæpius diximus. Nec refert quòd à ſententia Vicarij Epiſcopus prouocari nequeat, tanquam eadem perſona cum Vicario: quia illa differentia eſt inter appellationem, & reſtitutionem in integrum, quod appellans de iniquitate, vel iniuſtitia iudicis, qui ſententiam protulit, conqueritur, & ideò nimirùm ſi ipſemet Vicarius, qui ſententiam tulit, vel Epiſcopus, cuius perſonam repræſentat, de ea per appellationem cognoſcere prohibeatur. In integrum verò reſtitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel ad uerſarij circumuentionis allegationem continet, l. in cauſſæ 16. §. fin. vbi gloſ. Bartol. Alberi. & Bal. l. Præfecti 17. l. Præſes 47. ff. de minoribus; & ideò non eſt inconueniens, vt ipſemet Epiſ-

 copus

copus contra ſentētiam ſui Vicarij (quæ eadem eſt, ac propria) in integrū reſtituere poſsit, quia non ſuper proprio errore, ſed ſuper alieno, victi ſcilicet litigantis, adhibetur.

173 Quod cum ita ſit, Vicarius etiam è conuerſô aduerſus Epiſcopi ſui ſententiam in integrum reſtitutionem condemnato concedere poterit; Bertac.d.7.p.lib.4.nu.31.Sfor.Odd. de in integ. reſtit.par.1.artic.22.num.156. Sbroc.d.quæſt.13. num.5.licèt contrarium tenuerit Abb.in d.c.tū ex litteris, num.3 de reſtitut. in integrum.

174 Deinde Sbroc.d.lib.3.quæſt.2.nu.5. cum Calderino, conſi.2.de appellat. ampliat prohibitionem appellandi de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum, vt procedat etiam in Vicario generali in ciuitate tantùm conſtituto, ita vt de eius ſententia ad Epiſcopum appellatio interponi non valeat. Sed certè Cald. & Sbroc. in eo apertè falluntur, quia ſolummodô à Vicario generali ad Epiſcopum prouocari non poteſt, vt ſupra diximus num.61. ille autem Vicarius in ciuitate tantùm conſtitutus verè generalis non eſt, niſi generaliter ad totius diœceſis cauſſas deputetur, vt ex pluribus reſoluit Garcia 1.tom.de benef.5.part. c.8.num.27.& 33.

Duo tandem in præſenti neceſſariò addenda

erunt,

erunt, quæ non mediocri animaduerſione indigent. Primum vt tunc demum de Vicario ad Epiſcopum prouocatio impediatur, quoties à ſententia definitiua appellari contigerit, non verò ſi ab interlocutoria, quia tunc nihil impedit, quo minus ad Epiſcopum appellatio per viam recurſus à grauamine interponatur, glo. noſtra, verbo officiali, Lapus in præſenti num. 1. Geminianus num. 3. Franc. num. 4. & in d. c. dilecti el tercero, verſi. duodecimo quæro, Bald. in d. c. dilecti el tercero, num. 7. de appellat. Puteus lib. 2. deciſ. 503. Marqueſanus de commiſsione vtriuſque ſignaturæ, 1. part. c. 4. num. 67. Iacob. Laurentius, tractat. de iudice ſuſpecto, c. 4. num. 12. 175
Et ratio eſt quia iudex decretum, quod interloquendo pronunciauit, mutare, ſiue emendare rectè poteſt, l. quod iuſsit 14. vbi DD. communiter, ff. de re iud. l. qualem 19. §. dicere, aliàs l. dicere, §. vnde videndum, ff. de arbitr. c. cum ceſſante 60. extra de appellat. l. 2. titul. 8. & l. 2. titu. 22. part. 3. Iacob. Concenat. ſingul. quæſt. iur. lib 1. quæſt. 2. num. 7. & 19. Octau. Veſtr. in praxi, lib. 3. c. 10. nu. 4. & Nicol. Grabac. ibidem, num 10. idem Veſtrus lib. 7. c. 1. num. 16. & 33. Azeu. in l. 2. titu. 17. lib. 4. recopil. num 50. Vnde ſimiliter Epiſcopus cum eādem iuriſdictionem, 176

 & au-

& auditorium cum Vicario habeat, ſentētiam, quam Vicarius ipſe interloquendo pronunciauit, tanquam à ſe ipſo prolatam corrigere, & emendare poterit.

Quo fit, vt ſimiliter Epiſcopus de nullitate ſen
177 tentiæ ſui Vicarij cognoſcere poſsit, etſi ipſe à diffinitiua ſentētia appellari interdicatur, vt notant Cardin. in d. Clemet. 2. nu. 8. de reſcrip. Domin. in præſenti, num. 3. Philip. Franc. num. 10. Bald. in d. c. dilecti, num. 7. Cucchus lib. 2. inſtit. maior. titu. 8 de Vicar. num. 126. Vantius de nullitate ſententiæ, titu. coram quo nullitas proponi poſsit, num. 20. Sbroc. vbi ſupra lib. 3. quæſt. 10. num. 1. Iacob. Lauren. in tractatu de iudic. ſuſpecto, c. 4. num. 12. ad fin. quia idem ipſe Vi-
178 carius, qui ſentētiam tulit, de eius nullitate cognoſcere, etſi nulla fuerit, inualidam iudicare poteſt; ex quo per prolationem ſentētiæ, quæ nulla eſt, eius officium, & iuriſdictio non ſpirat, l. 1. vbi Bart. & Paul. C. de ſententijs, & interloc. vt prodidere Gemin. Franc. Lapus, Cucch. & alij proximè relati, quos Sbrocius ſequitur d. lib. 3. quæſt. 11. Quibus accedunt tradita per Vantium d. tit. corāquo nullitas proponi poſsit, nu. 9. Paz in praxi, 1. par. tom. 1. temp. 12. nu. 6. Petr. à Syria. lib. 1. pract. foren. quæſtionum, quæſt. 26. nu. 11.

Secun

Secundò & illud notatu dignum eſt, à ſentétia Vicarij ad Epiſcopum his tantùm in cauſ- 179
ſis proclamari prohibitum, quæ in generali Vicariatus commiſsione continentur, in quibus Vicarius ordinariam iuriſdictionem habere dicitur, ſecus verò in his, quæ ex Vicarij officio, niſi ſpecialiter committantur, non competunt, nam in his cum Vicarius delegatam habeat iuriſdictionem, & non ordinariam ab eo ad Epiſcopum prouocabitur, vt perſpicuè adnotarunt gl. verbo officialé, in c. 2. infra de officio Vicarij, & ibi Lapus, num. 12. Anchar. num. 2. Dominic. num. 9. Franc. num. 4. in fine, Auguſtin. Beroi. in rubrica de officio delegati, num. 2. & 26. & conſi. 22. num. 12. vol. 1. Felinus in d. rubr. de officio deleg. num. 4. & in c. licèt à num. 1. cum ſequen. de officio ordinarij, Rota deciſ. 7. de officio Vicar. aliàs 371. in nouis, Maranta de ordine iud. 4. part. diſtin. 5. principali, num. 16. Ant. Cucchus, lib. 2. inſtit. maiorum, titu. 8. de Vicar. nu. 112. cum ſequentib. Sbroc. vbi ſupra, lib. 2. quæſt. 55. num. 35. cum ſequen. Thom. Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. diſput. 29. nu. 6. Iacob. Laurent. d. tractat. de iudice ſuſpecto, c. 4. num. 12. Garc. de benef. 1. tom. 5. part. c. 8. num. 40.

Ceterùm qualis hi caſus fuerint, qui in gene- 180
rali

rali Vicarij conceſsione non comprehenduntur, ſed ſpeciali commiſsione indigent, non abs re fore hic adſcribere; imò neceſſarium iudicaui, vt his præcognitis quibus in cauſsis à Vicario generali ad Epiſcopum poſsit prouocari, compertum fiat. Quare eos aut ſaltim plures apud varios auctores ſparſos vno velut faſciculo, non inutiliter, aut infructuoſè colligam.

Primò quidem in generali Vicarij commiſsio
181 ne beneficia conferendi poteſtas non venit, niſi ei beneficiorũ collatio ſpecialiter ſit commiſſa, c. final, vbi Scribentes communiter de officio Vicarij hoc lib. Dinus, Selua. Rebuf. Lambert. Corraſ. Duaren. Cucchus, & alij, quos congerit Garc. de benef. tom. 1. 5. part. c. 8. & part. 9. c. 2. §. 1. num. 120. quibus addas Ioan. Gaufre. in collectario iur. in c. dilectus, num. 2. extra de conceſſione præbendæ, Socin. conſil. 260. nu. 17. vol. 1. Felin. in c. licèt 12. num. 1. de officio ordinarij, Decium conſi. 128 nu. 1. & 3. Franciſcum Marc. deciſ. Delphin. 86. num. 13. vol. 4. Petrũ Grego. in c. conquerente, c. 11. num. 2. de officio ordin. Anaſthaſ. Germon. de indultis Cardinal. §. tibi quoad vixeris, num. 86. & 87. Marc. Mantuam, dialog. iur. lib. 4. dial. 66. ad fin. Catel. Cotta, in memorabilibus, verbo Vicarius, in prin. Rolan. à Valle,

à Valle, conſi. 47. num. 19. & 21. Sbroc. de Vicar. Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 7. nu. 11. & lib. 2. quæſt. 71. num. 1. Rob. Maranta, conſi. 48. num. 6. Sahagun in rub. de officio deleg. num. 8. Marqueſan. de cōmiſsione vtriuſque ſignat. 1. part. c. 6. num. 68. Gonçalez in regul. 8. Chancel. glo. 5. §. 3. nu. 25. Vgolin. de officio & poteſtate Epiſcopi, c. 4. §. 7. num. 2. Rota deciſ. 5. aliàs 397. & deciſ. 7. aliàs 371. de officio Vicarij in nouis. Quod ex eo
verum apparet, quia vt in d. c. final, Pontifex in- 182
quit, in generali conceſsione non veniũt ea, quę non eſſet quis veriſimiliter conceſſurus, & quia regulariter donare non valet is, cui bonorum adminiſtratio etiam libera eſt conceſſa, vt aliàs dicitur in l. contra iuris, §. ſi filius, ff. de pact. l. filius familias, ff. de donat. Nec procul abeſt æquiparatio iſta, cum beneficiorum collatio nihil aliud ſit, quàm donatio quædam, c. relatum de præbend. c. poſt electionem de conceſsione præbend. Dominic. in d. c. final, num. 4. ac proin
de Vicarius conferre beneficia nequit, cum ea, 183
quæ meræ gratiæ ſunt, expedire abſque ſpeciali mandato non poſsit, Ioan. Monach. in c. ſtatutum, num. 9. infra de præben. Cardinalis in Clement. 1. num. 19. de officio Vicarij, & alij relati à Garcia vbi ſupra num. 46. & 81. Quod adeò ve-

rum eſſe ex Romano conſ.330.nu.5.vbi Addit. littera L.docet Roland.à Valle,d.conſil.47.nu. 20. vt ſi Vicarius habeat poteſtatem recipiendi reſignationem beneficiorum cauſſa permutationis reſignandorum: quæ quidem reſignatio eſt ipſius permutationis præparatorium,non tamen haberet poteſtatem conferendi ipſa bene-
184 ficia permutare volentibus, eo quod in beneficiorum collatione requiratur ſpeciale mandatũ, ita ſimiliter ante eos tenuit Rota deciſ. 1. aliàs 43. de renũciatione in antiquis,ſequitur Rebuf. in addit.ad reg.13. Chancellar. verbo aut Vicarios perpetuos,verſi.item Vicarius Epiſcopi, & in praxi benef.d.titu.de form. Vicar.Archi.nu. 105. cum ſequentibus, Sbroc. vbi ſupra, lib. 2. quæſt.71.num.9.Sed contrarium nouiter defendit Azor,2.part.inſt.moral.lib.3.c.44. quæſt.6. verſi.ſed quid dicendum,Garc. omnino videndus,d.c.8.à num.108.

Quod vſque adeò firmari videtur, vt notabiliter Bald. exiſtimet in l.aliquando, ff. de officio Proconſulis, locum habere etiam in Cardinali
185 Vicario conſtituto alicuius Prouinciæ, ſequitur Rebuf.in praxi inform.Vicar.num.64. & in regula Chancellariæ,vbi ſupra,verſi.etiam ſi eſſet Vicarius Cardinalis,Cucch.d.titul.8. num.77.

Sed

Sed tamen reperio Andr. Siculum in tractat. de præſtantia Cardinaliũ in præludijs, 2. part. nu. 4. à Bald. diſſentire, qui triplici ratione falſitatis ſuſpicione eius dictum contaminat, cuius Catellianus Cotta meminit memorabilium, verbo Vicarius, in initio, & Sbroc. vbi ſupra, d. quæſt. 71. num. 5. & 6.

Secundò abſque ſpeciali conceſsione Epiſcopi, præſentatum à Patrono, Vicarius inſtituere non poterit, vt enixè defendit Rebuf. in praxi beneficiali, in forma Vicar. Archi. à num. 126. & in addit. ad reg. 13. Chancel. verbo, aut Vicarios perpetuos, verſic. item Vicarius generalis, & ante eum Cardinalis Zabarella in Clemen. 1. num. 6. Immola, num. 13. de iure patronatus. 186

Diſſentiunt tamen, & aduerſam partem tuentur gloſſa verbo non poſſunt, Ancharran. Gemin. & alij in d. c. final, infra de officio Vicarij, Roman. ſingul. 607. & ibi Additionator per textum, quem ſingularem vocat in c. ex frequentibus 3. de inſtit. Decius, conſi 121. num. 11. & conſil. 129. num. 1. communem dicunt Roch. de Curte in tractatu de iure patron. verbo competens, quæſt. 31. num. 66. & 67. Cæſar Lambertinus in eod. tractat. 3. par. lib. 2. artic. 5. quæſt. 1. principali per totã, Selua de benef. 2. par. quæſt. 14. Staphil. 187

de litt. gratiæ, titul. de var. mod. vacationis, nu. 43. Boher. deciſ. 30. num. 4. Ferretus conſi. 344. num. 1. & 2. vol. 2. Lancel. inſtit. canon. titul. de inſtit. & iur. patron. §. diſsimiles ſunt, in fine, Roland. conſi. 47. nu. 45. vol. 1. Paz in praxi 2. tom. prælud io 3. num. 7. & 8. inde deducens, Vicarium ex ſola generali cõmiſsione æconomum
183 deputare poſſe Eccleſiæ patronatæ vacanti pro eiuſdem fructuum cuſtodia, ſi Eccleſiæ prouiſsio differatur: cum ad eum Eccleſiæ vacantis cuſtodia pertineat, ad quem eius inſtitutio ſpectat, c. cum vos 4. iuncta gloſ. verbo æconomos de officio ordinarij, Azor 2. part. inſtit. moral. lib. 3. c. 44. quæſt. 4. Corraſ. Duar. Pauin. Couarr. Cæcus, & alij relati à Garcia de benef. d. 5. part. c. 8.
184 num. 35. & part. 8. c. 4. nu. 50. Quorum opinioni (etſi Rebuſus priorem ſententiam validis fundamentis muniat) libenter ſubſcribo, quia eidem opitulatur Rota, deciſ. 1. aliàs 43. de renunciatione in antiquis, & ſacra Cardinalium Congregatio ſancti Concilij Tridentini, cuius ſeriem ad litteram tranſcripſit Garcia, d. c. 8. num. 86. his verbis: *Congregatio Concilij cenſuit, quod ſi non habeat Vicarius mandatum limitatum, ſed generale vtique inſtituere præſentatos poteſt*. Quæ non ſimplicis Doctorum, aut iuris peritorum aſſertionis,

nis,vt nonnulli ineptè exiſtimarunt,ſed vim le- 190
gis & deciſsionis habet,vt potè ex Summi Pon-
tificis commiſsione lata, & à perſonis interpre-
tandi,& reſpondendi ius, & facultatem haben-
tibus,vt eadem met cõgregatio Abbatiſſæ Maſ-
ſanen. reſpondit in hæc verba: *Eadem ratio habẽ-
da eſt de his, quæ ſcribuntur à Cardinalibus ſacræ
Congregationis Concilij Tridentini nomine ipſius
congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent*: vt latè
proſequuntur Manuel Rodrig. 1. tom. quæſt. re-
gul. quæſt. 11. art. 1. & 2. Garc. d. tract. de benef. in
præfatione, 1. tom. verſ. ſed quia in hoc tractatu.

Tertiò criminales cauſſas, niſi ſpecialiter Vi-
cario cõmiſſæ fuerint, per eum expediri nõ poſ- 191
ſunt, ita vt nec inquirere, corrigere, aut punire
ſubditorũ exceſſus queat, d. c. 2. infra de officio
Vicarij, Beroi. in rub. eiuſdem tituli, nu. 2. & 26.
& conſi. 23. nu. 4. vol. 1. Ferretus conſi. 214. vol. 1.
Cucch. d. titu. 8. de Vicar. num. 17. Lancel. inſtit.
iuris canon. §. per Vicarium de officio Vicarij.
Rebuf. in addi. ad d. reg. 13. Chancel. verbo aut
Vicarios, verſi. notandum eſt. Iul. Clar. in praxi
crimin. §. final, quæſt. 40. nu. 3. Sanchez d. lib. 3.
de matrimonio, diſput. 29. quæſt. 2. num. 16. in
prin. Vgolinus de officio & poteſtate Epiſcopi,
c. 4. §. 7. num. 2. verſi. 7. inquirere.

Digitized by Google

Sed quod ad inquirendum attinet, ita accipiendum eſt, vt Vicarius de criminibus inquirere non poſsit quoad eorum punitionem, non
192 verò ſi ad effectum remittẽdi culpabiles ad Epiſcopum, quia eo caſu ex generali mandato inquirere non prohibetur, Rota deciſ. 2. aliàs 66. de officio Vicarij in nouiſ. Ioan. Monach. in d. c. 2. infra de officio Vicarij, vbi Lapus, num. 1. & Dominic. num. 4. Socinus, in c. qualiter & quando, quæſt. 5. art. 14. num. 171. cum ſequen. de accuſa. Mill. in repertorio, verbo Vicarius, verſic. 6. Rebuf. in praxi, vbi ſupra, num. 167. Bernard. Diaz, in pract. criminali canonica, c. 3. num. 3. Paz in praxi, 2. tom. præludio 3. num. 11.

Quartò non ſolùm in criminalibus condem-
193 nare inquiſitum, verùm nec abſoluere poteſt, Ripa in l. qui condemnare, num. 9. verſi. ſed certè, ff. de re iudic. quia qui condemnare non poteſt, nec etiam abſoluere, l. nemo qui condemnare de regul. iur. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 43. num. 25. Socinus tamen vbi ſupra d. nu. 171. & Felinus in c. non poteſt, num. 5. de ſententia,
194 & re iud. contrariam ſententiam, imò Vicarium poſſe inquiſitos abſoluere, vt veriorem defendunt. Tu verò vtramquè opinionem ita conciliabis, vt Vicarius non poſsit inquiſitos crimine

abſol

abſoluere, poſsit tamen ab inquiſitione, ſi eos immunes,& innocentes inuenerit, vt docuerũt Bernard. Diaz in praxi criminal. canon. c. 3. nu. 3. Paz d. prælud. 3. num. 11. & Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 28. Sbroc. lib. 2. quæſt. 166. per totam. 195

196 Quintò nec clericorum bona confiſcare, Bal. in l. Imperatores, in fin. ff. de officio Præfect. Vigil. Alexan. in l. 1. num. 75. ff. de officio eius, Roman. conſi. 59. nu. 2. Franc. Marc. deciſ. 613. nu. 1. part. 2. Sbroc. lib. 2. quæſt. 158. num. 3.

197 Sextò dimiſſorias, ſeu commendatitias litteras ad ordines ſuſcipiendos clericis ſuæ diœceſis concedere non poteſt, cum ad id Vicariatus officium non extendatur, niſi Epiſcopo in remotis agente, c. cũ nullus 3. §. inferiores, infra de temporibus ordinationum, & ibi Franc. Anchar. & ceteri communiter. Ant. Cucch. lib. 2. inſtit. maior. titu. 8. num. 110. Rebufus in praxi in forma Vicar. Archip. num. 47. Sbroc. de Vicar. Epiſcopi, lib. 1. c. 7. num. 3. & 13. cum ſequẽtibus, Quintilianus, Mandoſ. in regul. 24. Chancell. quæſt. 6. num. 9. & 10. Gutierr. lib. 2. canon. quæſt. c. 17. num. 20. Zerol. in praxi Epiſcopali, 2. part. verbo Vicarius, §. 4. Pater Azor, lib. 3. inſtit. moral. d. c. 45. verſi. ſeptimò quæritur, Marqueſan. de commiſsio

miſsionibus vtriuſque ſignaturæ,1.part.c.14.nu. 30.diſput.5.dubio 7. verſi.his poſitis,Vgolin.d. tractat. de officio & poteſtate Epiſcopi,c.4.§.7. num.2.verſi.quinto dimiſſorias.

Vnde obiter non poſſum non mirari,virum
198 aliàs doctiſsimum Iacobum Menochium,lib.2. de arbitr.caſu 222.num.9.non leuiter lapſum,cũ exiſtimet ordinandi licentiam,quæ in d. c. cum nullus Epiſcopo in remotis agente, Vicario tribuitur,pro ipſa facultate ordinandi ſumendam eſſe, docens hoc caſu Vicarium,Epiſcopo in remotis agente,ſubditos ordinare poſſe,cũ ſolùm ibi Pontifex de ordinandi licentia, non verò de poteſtate ordines conferendi loquatur.

Septimò ſine mandato ſpeciali Vicarius re-
199 præſalias concedere non poteſt, Sbrocius,lib.2. quæſt.165.num.1.

Octauò nec matrimonio aſsiſtere,aut de ma
200 trimonialibus cauſsis cognoſcere,nec eas termi nare poteſt,Rebuſus in praxi benef. titu.de forma Vicar.Archie.nu.155.Ledeſma de matrimonio, quæſt.45.artic.1.punct.3.dubio 4. Vgolin. vbi ſupra,verſic.nono cauſſas matrimoniales.

Veriorem tamen contrariam ſententiam e-
201 xiſtimo,quæ probatur apertè ex c.1.iuncta glo. verbo miſſo,extra de frig.& malefic.& ex c.fina.

vbi

vbi Abb. & Præpoſit. de cognatione ſpirituali quam ſequuntur Hoſtien. in c. litteras de reſtitutione ſpoliatorum, Antonius de Butrio in c. fin. num. 2. de cognatione ſpirituali, Bertachin. in tractatu de Epiſcopis lib. 4. part. 7. quæſt. 20. nu. 23. Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 12. num. 1. Cucchus d. titu. 8. num. 105. Sbroc. vbi ſupra lib. 2. quæſt. 44. num. 8. in fine, alijque plures, quos cumulat latè obiectionibus pro contraria parte motis ſatisfaciens Thomas Sanchez, tom. 1. de matrimonio, lib. 3. diſput. 29. quæſt. 3. à num. 18. vſque in finem, Azor, lib. 3. inſtit. moral. c. 45. verſi. ſecundo quæritur, Vgolin. vbi ſupra, verſi. nono cauſſas matrimoniales.

Nonò abſque ſpeciali poteſtate Vicarius be- 202
neficium ſupprimere non poteſt, Puteus deciſ. 53. lib. 3. Sbrocius d. lib. 2. quæſt. 117. num. 5.

Decimò nec poteſt ex generali conceſſione 203
facultatem, ſeu licentiam confeſſionis audiendi alijs concedere, vti adnotarunt Hoſtienſis in ſumma, titulo de pœnitentijs, & remiſſionibus, §. cui confitendum ad calcem, Archid. in c. 2. vbi Ioan. Andr. in princip. Domin. num. 6. Anchar. num. 1. Philip. Franc. num. 7. eodem. titul. hoc libro, Alberic. in dictionario, verbo Vicarius, verſ. Vicarius etiã Epiſcopi, Sot. in 4. diſt. 18.

quæſt. 4. & quæſt. 14. num. 3. & alij, quos congerit Sanchez, tom. 1. de matrimonio, d. lib. 3. diſput. 29. quæſt. 2. num. 14. qui numero ſequenti contrariam ſententiam, vt probabiliorem tuetur eam vberiori auctorũ numero confirmans, & aliorum cauillationibus obuians, cui vt veriſſimæ aſſentiri nequaquam dubitaui.

Vndecimò in locis, in quibus Epiſcopus loco
204 Abbatis eſt, non poteſt Vicarius generalis commiſsionis prætextu impertiri licentiam monacho cauſſa ſtudiorum proficiſcendi, Abb. conſi. 188. num. 5. cum ſequenti, Pauin. de officio & poteſtate Capituli ſede vacante, part. 2. princip. quæſt. 8. nu. 25. ſequitur Sbroc. lib. 2. quæſt. 200. num. 2. & 3.

Duodecimò ſpecialis facultas, ſeu licentia E-
205 piſcopi neceſſariò requiritur, vt generalis Vicarius excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis, ſeu ablatis, quæ monitoria les litteræ vulgò nuncupãtur, decernere poſsit, vt conſtat ex Concilio Tridentino ſeſ. 25. de reformatione, c. 3. vbi à nemine præterquam ab Epiſcopo decernendas ſtatuit, iunctis Cardinalium declarationibus ſanctæ Congregationis eiuſdem ſancti Concilij, quæ exſtant, in 4. part. deciſionum nouiſsimarum Rotæ, in eod. c. 3. in hæc

hæc verba: *Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo, poteſt ſine prævia cognitione facta ab ipſomet Epiſcopo, excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe Vicarius cauſſæ cognitionem adhibeat: ſed alij dubitabũt ex illis verbis, à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo, quia taxatiua alios excludit. Congregatio iterũ ſub die 25. Februarij 1583. primam firmauit reſolutionem.* Iterum in d. c. 3. alia S. Congregationis declaratio ait: *Præterquã ab Epiſcopo, vel Vicario ex ſpeciali mandato, & nõ aliàs, &c.*

Sed nihilominus contrariam opinionem, imò 206
Vicarium ex generali commiſsione huiuſmodi excommunicationes, ſeu monitoriales litteras decernere poſſe docuerũt Henric. in ſum. lib. 13. c. 17. §. 4. Manuel Rodrig. in ſumm. tom. 1. c. 79. num. 1. Iacob. Sbroc. lib. 2. quæſt. 171. nu. 2. Ioan. Gutierr. canon. quęſt. lib. 1. c. 11. num. 8. Frechill. in tractatu de excommunicatione, 2. part. art. 2. num. 5. Zerol. in praxi Epiſcopali, 1. part. verbo Vicarius, §. 17. Thomas Sanchez de matrimon. d. lib. 3. diſput. 19. quęſt. 2. nu. 16. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 9. num. 33. verſi. primum eſt, Suarez eod. tractat. diſput. 20. ſec. 1. num. 2. Lazarius de monitorijs, ſec. 1. quęſt. 6. num. 1. cum ſequentibus.

Auil. de cenſur. 2. part. c. 5. diſput. 2. dub. 2. concluſ. 1. Garcia de benef. d. 5. part. c. 8. num. 94. qui alios citat, & in eius confirmationem ad ducit triplicem ſacræ Congregationis Cardinalium declarationem in d. c. 3. Concil. Triden. quarum prima hęc verba continet: *Vicarius Epiſcopi poteſt concedere litteras monitoriales, de quibus in præſenti decreto.* Secunda verò ſic ait: *Vicarius generalis Epiſcopi poteſt has excommunicationes decernere adhibita cauſſæ cognitione, nec indiget ſpeciali mandato Epiſcopi.* Tertiæ quidem hęc ſeries eſt: *Stante hac declaratione quærebatur an eadem poteſtas competat Vicario Capituli ſede vacante, congregatio cenſuit affirmatiuè; quia ad Capitulum tranſeũt ea, quæ ſunt iuriſdictionis neceſſariæ, vt eſt excommunicatio, &c.*

Nec obſtabunt ſupradictæ declarationes, quę
207 aduerſę parti fauere videntur, nam priori ſatisfacit Gutierrez vbi ſupra inquiens, verba illa, *Et ad id facultatem habens ab Epiſcopo*, referẽda eſſe ad poteſtatem generalem Vicariatus; ſed non video qualiter hęc interpretatio ſubſtineri poſsit, nam illud ſatis explicitum erat illis verbis: *Vicarium generalem*, cum non aliàs generalis nuncupari poſſet, quàm ſi poteſtatem generalem haberet. Ergo credendum non eſt poteſtatem, quam Vica-

Vicarium habere Concilij Congregatio requirit, generalem eſſe, ſed peculiarem potiùs & ſpecialem. Aliter tamen reſpondit Auil. d. loco, prędicta declarationis verba ad diſtinctam perſonā, quam Vicarium generalem ſpectare, quaſi ſenſus ſit, vt alius quàm Vicarius generalis monitoriales litteras abſque ſpeciali Epiſcopi facultate haudquaquam decernere poſsit, nam alioqui coniunctio illa, *&*, ſuperflua eſſet, niſi diuerſas perſonas coniungeret. Cum illius ea ſit natura, vt diuerſitatem copulatorum demonſtret. Na- 208
uarr. de indulgen. notab. 33. nu. 2. & latè pluribus relatis tradit Octauian. Vulpecul. in tractat. de prępoſitionibus in particula, *&*. Diuerſimodè tamen Garc. vbi ſupra, nu. 98. prædicta verba interpretatur, ſiquidem exiſtimet poſita fuiſſe ad excludendum Vicarium generalem habentem in hoc facultatem limitatam, ſeu ablatam ab Epiſcopo, qui non poteſt has excommunicationes decernere, qui etiam ſecundę declarationi, quę vrgere videtur, nihil reſpondet, ſed tantùm numero ſequenti certam non eſſe affirmat. Quare ego (ſi quod ſentio proferre non pudet) non auderem in ardua iſta inueſtigatione quid certum inſectari; imò ſaniùs crederem alia noua Cardinaliū declaratione indigere, quę inter prędictas

 falcem.

falcem mitteret, etſi nō ignorem hanc vltimam opinionem forenſi vſu, & cōmuni praxi vt certiorem, ac iuri cōſonam vbique fuiſſe receptam,
209 vt teſtatur Marcus Ant. Genuenſis in praxi Archiep. Neapolit. c. 1. nu. 1. Ioan. Gutier. Lazarius, Garcia, & ceteri vbi ſupra.

Decimotertiò coadiutores Vicarios imperitis
210 Rectoribus Eccleſiarum, ſecundùm formam ſacri Concil. Triden. ſeſ. 21. de reform. c. 6. ſine ſpeciali conceſsione non licet deputare, Puteus deciſ. 239. lib. 2. quem ſequitur Sbroc. d. lib. 2. quæſt. 112. à num. 2.

Decimoquartò nec beneficiorum reſigna-
211 tiones accipere, Rota deciſsione 1. aliàs 287. de officio Vicarij in antiquis, & deciſsione 5. aliàs 397. eodem titulo in nouis, Staphilcus in tract. de litter. gratiæ. titul. de var. mod. vacationis, num. 38. Rebuf. in praxi beneficiali in forma Vicarij Archiepiſcopi, nu. 104. & 106. & ibidem de ration. perſon. & rei, nu. 16. Pauin. de officio & poteſtate Capituli ſede vacante, 2. part. principali, quæſt. 10. Franc. Marc. quæſt. Delphin. 86. nu. 10. & alij, quos tradit Sbroc. lib. 2. quæſt. 130. à num. 1. Maranta, conſi. 48. num. 7. communem dicit Pariſius tom. 1. de reſignatione beneficiorũ lib. 7. quæſt. 24. num. 3. Zerol. in praxi Epiſcopali 1. part.

Digitized by Google

1. part. §. decimo, Azor d. c. 44. quæſt. 6. Vgolin. vbi ſupra, d. §. 7. num. 2. in principio.

Decimoquintò auctoritatem ad validandum ſtatutum Canonicorum, quo certus eorum numerus decernitur, ex generali commiſsione nō poteſt interponere, vt ex Ioanne Andr. Federic. de Senis, Calderino, Decio, & alijs reſoluit Ferretus, conſi. 327. num. 1. vol. 2. Sbroc. lib. 2. quæſt. 199. num. 6. & 7. 212

Decimoſextò abſque ſpeciali Epiſcopi licentia ius patronatus ex cauſſa dotationis, fundationis, vel conſtructionis alicui reſeruare non poteſt, Federic. de Senis, conſil. 264. in princip. Decius in c. cum acceſſiſſent, num. 9. & Felinus, nu. 15. de conſt. Zerol in praxi Epiſcopali, 1. part. verbo Vicarius, §. 13. Hieron. de Mont. Brixian. quæſt. 22. num. 8. & 25. cum alijs, quos tradit Garcia d. 5. part. cap. 9. num. 43. etſi contrarium conſuluerit Port. conſil. 99. num. 43. in fauorem Vicarij Epiſcopi Vicentini, aduerſus quem latè ſcripſit Ferretus, d. conſi. 327. per totum. 213

Decimoſeptimô donationi iuris patronatus decretum, ſeu auctoritatem interponere non licet. Ferret. conſi. 343. num. 7. & conſil. 344. nu. 1. volu. 2. Rebuf. vbi ſupra, num. 184. Sbroc. lib. 2. quæſt. 197. vbi plures adducit, Zerol. d. 1. part. 214

praxis

praxis Epiſcopalis, §.11.& 13. Garcia vbi ſupra, num.76. Azor lib.3.inſt.moral.c.45.in princip. Vgolin.d.§.7.nu.2.verſi.decimo non poteſt.

Decimooctauò nec matrimonij monitioni-
215 bus diſpenſare, etiam iuſta cauſſa interueniēte, cum in generali conceſsione diſpenſandi poteſtas non claudatur, vt ſtatim dicemus, tradunt Menoch.conſi.69.à num.55.vol.1.& de arbitrarijs, caſu 453.num.5.Cephal.conſi.421. num.72. vol.3.Spinus in ſpeculo teſtamen. gloſ.15.nu.28. cum ſequenti, Paz in praxi, 2.tom. præludio 3. num.11.cum pluribus relatis à doctiſsimo conciue noſtro Hieronymo de Zeuallos, tom.1.cōmun.contra commun.quæſt.604.num.92.verſ. contrariam,& à Sanchez d.lib.3.de matrimon. diſput.7.quæſt.1.num.9.latè Garcia,d.c.8.à nu. 50.cum ſequētibus, qui pro ſua ſententia adducit Concilium Prouinciale Toletanum celebratum anno 1583. & ſacræ Congregationis declarationem ad c.1. S.Concil.Trident.ſeſ.24.de reformatione matrimonij.

Sed huic reſolutioni non acquieſcunt Segu-
216 ra in directorio iudicum, 2.part.c.16.num.3. Salcedo in addit. ad praxim, Bernard. Diaz c.73. addit. vltim. Sbroc.lib.2. quæſt.201. num.1.cum ſequenti,& quæſt.43.num.28.& 29. Marc.Ant.

Genuens

Genuenſ. Veracruz, Manuel Rodriguez, Flores de Mena, & alij quos congerit Zeuall. vbi ſupra, Thomas Sanchez d. quæſt. 1. num. 10. & Garcia, nu. 54. Lazarius de monitor. ſec. 1. quęſt. 6. nu. 4. & hanc veram & receptiorem eſſe opinionem arbitror communi ferè totius orbis vſu & praxi receptam, vt teſtatur Salcedo, Gutier. & alij vbi proximè. Nec quidquam mouere debet Concilium Prouinciale Toletanum habitum anno 1583. quia nec admiſſum, aut receptum fuit; imò promulgationis tempore D. Antonius Manrique Canonicus Toletanus à prædicto Concilio elata voce publicè ad Summum Pontificem appellauit, vt à doctiſsimo parente meo D. D. Ildephonſo Narbona, quem nó minus doctrinæ, quam naturæ auctorem meæ reuereor, audiui. Minus refragatur ſacræ Congregationis declaratio ad dictum cap. 1. ſacri Concilij Tridentini, quia non de generalibus Epiſcoporum Vicarijs loquitur, ſed tantùm de commendatarijs, id eſt, Vicarijs ordinum militariũ, qui etſi in ordinarij appellationé veniant, glo. in c. final, infra de officio ordinarij, non tamen ſub diſpoſitione dicti c. 1. continentur, quod ſolùm Epiſcopo, & non alijs ordinarijs iudicibus illud permiſiſſe eadem Congregatio declarauit, quod cum Epiſcopo id

S con-

conceſſum ſit,& eius Vicario permiſſum eſſe vi
detur,cum eadem perſona reputetur,nam quo-
ties aliquid Epiſcopo conceditur,perſona Vica-
rij non excluditur, ſed potiùs ſub eadem diſpo-
217 ſitione comprehenſa videtur,vt expreſsè tradũt
Dominic.Fran.Felin. Suarez,& alij relati à Gar
cia vbi ſupra,nu.52. Flamin.Pariſ.lib.3.de reſig.
benef.nu.9.cũ ſequentibus:vbi late,& in termi-
nis Sbroc.lib.2.quæſt.43.num.29.Thomas San-
chez lib.3.diſput.7.num.10.& diſput.29.nu.16.

Decimononò nec poterit niſi ex ſpeciali man
218 dato relaxare interdicta,Sbroc.vbi ſupra,quæſt.
185.num.2.cum ſequentibus.

Vigeſimò alium Vicarium ſui loco deputare
219 non poteſt,ita vt ſubſtitutus iuriſdictione ordi-
naria vtatur, niſi ſpecialis Epiſcopi licentia præ-
cedat,c.clericos,& ibi Hoſtien.Butr.Abb.& alij
de officio Vicarij,glo.verbo ipſius,in c.1.vbi An
char.num.2.Domin.num.11.eodem titu. hoc li
bro,Rota deciſ.4.aliàs 378. de officio Vicarij in
nouis,Gaufred.in collect.iur.in c.tua nobis,nu.
2.de officio delegat.Capella.Tol.deciſ.36.& ibi
Apoſtil.& deci.97.vbi Addit.Butr.in c.G.Perpe
tuus,num.4.de fide inſtr.& ibi Felin.nu.3.Paul.
Pariſ.conſi.80.nu.16. cum ſequenti,vol.4. Ripa
in reſpon.24.à nu.1.Franc.Marc.q. Delphi.317.
num.4.

num.4.vol.1.Cucch.inſtit.maior.titu.8. nu.40. Puteus lib.1.deciſ.168.Rodoa.de rebus Eccleſię, rubr.de auctorit.Prælat.num.*66*.Guid.Papę deciſ.374.num.*6*.Azeued.in l.1.num.8.tit.*9*.lib.3. recopil. Iacob. Philip.Port. conſil.87. num.*16*. Sbroc.lib.1. quæſt.15. num.7. & lib.2. quæſt.*66*. Zerol.in praxi Epiſcopali,1.part.verbo Vicarius, dub.4.Petr. Lazarius de monit. quæſt.*6*.nu.10. Azor 2.part.inſtit. moral. c.*6*. num.*68*. Iacob. Laurent. de iudice ſuſpecto,c.4.nu.20. Vgolin. d.c.4.§.7.nu.2.verſi.vndecimo,latê Garcia aliorũ memor.1.tom.de benef.5.par.c.*9*.nu.148. cũ ſequentibus.Quod non tantùm in Vicarijs Epiſcoporum, verùm in Vicario Papæ locũ habere exiſtimauit Cardinalis, in d.Clement.etſi principalis,num.4.de reſcrip. Marant.de ordin.iud. 4.part.diſtin.5.principali,num.22.

Vigeſimoprimò nec nouas queit erigere parræchias Sbrocius lib.2.quæſt.117.num.2. 220

Vigeſimoſecundò ex generali Vicariatus cõmiſsione diſpenſandi poteſtatem nõ habet, nec alia,quæ volũtariæ iuriſdictionis ſunt,facere poteſt, gloſ. in c. quà de cauſſa, verbo quidquid, 2.quæſt 5. Felin.in c. at ſi clerici,§.de adulterijs, num.21.de iudic.Cucch.inſt.maior.d.lib.2.tit.8. num.111.Ioan Gutierr. lib.1. quæſt. canon. c.19. 221

S 2 num.15.

conceſſum ſit,& eius Vicario permiſſum eſſe videtur,cum eadem perſona reputetur,nam quoties aliquid Epiſcopo conceditur,perſona Vicarij non excluditur, ſed potiùs ſub eadem diſpo-
217 ſitione comprehenſa videtur,vt expreſsè tradũt Dominic.Fran.Felin. Suarez,& alij relati à Garcia vbi ſupra,nu.52. Flamin.Pariſ.lib.3.de reſig. benef.nu.9.cũ ſequentibus:vbi late,&in terminis Sbroc.lib.2.quæſt.43.num.29.Thomas Sanchez lib.3.diſput.7.num.10.& diſput.29.nu.16.

Decimononò nec poterit niſi ex ſpeciali man
218 dato relaxare interdicta,Sbroc.vbi ſupra,quæſt. 185.num.2.cum ſequentibus.

Vigeſimò alium Vicarium ſui loco deputare
219 non poteſt,ita vt ſubſtitutus iuriſdictione ordinaria vtatur, niſi ſpecialis Epiſcopi licentia præcedat,c.clericos,& ibi Hoſtien.Butr. Abb.& alij de officio Vicarij,glo.verbo ipſius,in c.1.vbi Anchar.num.2. Domin.num.11.eodem titu. hoc libro,Rota deciſ.4.aliàs 378. de officio Vicarij in nouis,Gaufred.in collect.iur.in c.tua nobis,nu. 2.de officio delegat.Capella.Tol. deciſ.36.& ibi Apoſtil.&deci.97.vbi Addit.Butr.in c.G.Perpetuus,num.4.de fide inſtr.& ibi Felin.nu.3.Paul. Pariſ.conſi.80.nu.16. cum ſequenti,vol.4. Ripa in reſpon.24.à nu.1.Franc.Marc.q. Delphi.317. num.4.

num.4.vol.1.Cucch.inſtit.maior.titu.8. nu.40. Puteus lib.1.deciſ.168.Rodoa.de rebus Eccleſię, rubr.de auctorit.Prælat.num.66.Guid.Papę deciſ.374.num.6. Azeued.in l.1.num.8.tit.9.lib.3. recopil. Iacob. Philip.Port. conſil.87. num.16. Sbroc. lib.1. quæſt.15. num.7. & lib.2. quæſt.66. Zerol.in praxi Epiſcopali,1.part.verbo Vicarius, dub.4.Petr. Lazarius de monit. quæſt.6.nu.10. Azor 2.part. inſtit. moral. c.6. num.68. Iacob. Laurent. de iudice ſuſpecto,c.4.nu.20. Vgolin. d.c.4.§.7.nu.2.verſi.vndecimo,latè Garcia aliorũ memor.1.tom.de benef.5.par.c.9.nu.148. cũ ſequentibus.Quod non tantùm in Vicarijs Epiſcoporum , verùm in Vicario Papæ locũ habere exiſtimauit Cardinalis, in d. Clement.etſi principalis,num.4.de reſcrip. Marant.de ordin.iud. 4.part.diſtin.5.principali,num.22.

Vigeſimoprimò nec nouas queit erigere parræchias Sbrocius lib.2.quæſt.117.num.2. 220

Vigeſimoſecundò ex generali Vicariatus cõmiſsione diſpenſandi poteſtatem nõ habet, nec alia,quæ volũtariæ iuriſdictionis ſunt,facere poteſt, gloſ. in c. quà de cauſſa, verbo quidquid, 2.quæſt 5. Felin.in c. at ſi clerici,§.de adulterijs, num.21.de iudic.Cucch.inſt.maior.d.lib.2.tit.8. num.111.Ioan Gutierr. lib.1. quæſt. canon. c.19. 221

 num.15.

num.15. Ant.Gomez in Bulla Cruciata,c.4.circa 4.quæſt.nu.19.Sbroc.lib.2.quæſt.38. & q.193. cum ſequenti,Rebuf. Paz,Cæcus,& alij cõgeſti per Thom.Sanchez de matrim.lib.2.diſput.40. quęſt.1.nu.12. Azor lib.3.inſt.moral. c.45.verſic. octauo quæritur,Garcia vbi ſupra,c.8.nu.48.& ratio eſt,quia ea, quę in mera gratia & volũtate conſiſtũt,in generali poteſtate non comprehenduntur;ſed ſpeciali mandato indigent,vt ex pluribus reſoluit Garcia d.loco,num.46.

Vigeſimotertiò pias defunctorum volũtates,
122 niſi ſpecialis facultas ab Epiſcopo fuerit conceſſa,exſequi prohibetur, vt ex Bal.in l.nulli,nu.8. C.de Epiſcopis & clericis, Sbroc.reſoluit lib.2. quæſt.49.num.2.

Vigeſimoquartò nec beneficia vnire,nec reuo
123 care vniones & Eccleſias diuidere,Rebuf.in praxi benef.in forma Vicariatus, nu.102.Cucch.d. titu.8.nu.106. latè probat Sbroc.lib.2. quęſt.115. per totam,& quęſt.ſequenti,nu.1. Azor d.lib.3. inſtit. moral.c.44. verſi. vndecimo quęritur,& num.2.verſi.ſecundo, nec beneficia, Garc.alios referens de benef.12.part.c.2.§.1.nu.96.

Vigeſimoquintò diœceſim viſitare abſque ſpe
124 ciali conceſſu Vicario non licet,argum.tex.in c. Epiſcopum 10.quęſt.1.c.ſi Epiſcopus 6. infra de offi-

officio ordin.c.inter cetera extra eod. ſacr. Concil. Triden. de reform. ſeſ. 24. c. 3. Rebuf. in praxi in forma Vicariat. nu. 100 & 101. Cucch. d. tit. 8. lib. 1. nu. 106. Sbroc. lib. 2. quęſt. 120. num. 2. Azor lib. 3. inſtit. moral. c. 45. verſic. quarto quęritur, Vgolin. d. §. 7. verſi. tertio nec viſitare.

Vigeſimoſextò prętextu generalis cōmiſsionis indulgentias concedere nō poteſt, Cardinal. in c. noſtro, in fine, de pœnit. & remiſ. & in Clemen. 1. nu. 19. de officio Vicarij, Borgaſ. de irregular. 3. par. titu. de indulgen. Epiſcop. num. 1. & part. 7. c. final. nu. 23. Turrecrem. in §. item in leuitico, nu. 42. de pœnit. diſt. 1. quos refert Rebuf. d. tit. de form. Vic. nu. 172. Sbro. lib. 2. q. 40. nu. 3. Azor d. lib. 3. c. 45. verſ. decimotertio quęritur. 225

Vigeſimoſeptimò citra ſpeciale mandatū diœceſanā Synodū congregare non poteſt, Henric. Bottus in tract. de Synodo Epiſcopali, 2. par. nu. 2. Rebuf. præcitato, tit. de form. Vic. nu. 151. Ant. Cucch. d. tit. 8. de Vic. nu. 107. Sbroc. lib. 2. q. 46. nu. 1. Azor d. lib. 3. inſt. moral. c. 45. quæſt. 5.

Vigeſimooctauò decretū interponere in alienationibus, vel in tranſactionibus rerum Eccleſiarū ſine ſpeciali mādato non licet, Abb. conſi. 88. nu. 6. verſi. ſecundo poteſt ſe tueri, Capel. Toloſ. quæſt. 97. Aug. Beroi. conſi. 83. num. 19. vol. 1. 226

Rebuf. in praxi, d. titu. de form. Vicar. num. 184. Rodoan. in tract. de reb. Eccleſię non alien. rub. de auctoritate Prælat. in alienatione interpon. nu. 60. Cucch. d. tit. 8. nu. 105. Sbroc. lib. 2. q. 118. nu. 2. Zerol. in praxi Epiſcopali, verbo Vicarius, 1. part. §. 12. Azor d. c. 45. verſic. tertio quæritur, quidquid in contrarium tenuerit Bald. in Margarita, verbo Vicarius, ver. 2. relatus in apoſt. d. quæſt. 97. Capel. Toloſanæ, & Cephal. cóſi. 700. num. 45. & ſequenti, vol. 5.

228 Vigeſimonono nec à ſuis beneficijs, officijs, vel adminiſtrationibus, aut ab ordine aliquos amouere, ſeu deponere, d. c. licèt, infra de officio Vicar. Bald. in l. aliquando 5. num. 9. de officio Proconſulis, Paz in praxi, 2. tom. prælud. 3. nu. 9. & 10. Sbroc. lib. 2. queſt. 111. num. 7. & quæſt. 130. num 4. & quæſt. 155. num. 7. & 8. Vgolin. vbi ſupra, d. num. 2. verſi. ſeptimo inquirere.

229 Trigeſimo à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt irregularitatibus, ſuſpẽſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, & in ceteris ſimilibus, ſine particulari conceſsione, abſoluere non poteſt. Hoſtien. in ſumma, §. cui confitendum, nu. 14. verſi. quid ſi Epiſcopus, de pœnitẽ. & remiſ. Archidiac. in c. 2. in fine eodem tit. hoc lib. Philip. Franc. in c. licèt, nu. 5. verſi. quinto limita. infra de

de officio Vicarij, S. Concil. Trident. ſeſ. 24. de reformat. c. 6. Rebuſ. d. titu. de forma Vicar. nu. 179. cum ſequenti, Sbroc. lib. 2. quæſt. 19. num. 2. & quæſt. 179. num. 1. & quæſt. ſequenti, nu. 2. & quæſt. 184. nu. 1. Vgolin. d. §. 7. nu. 2. verſi. poſtremo, Suarez de cenſur. diſput. 41. ſec. 2. nu. 8. Garcia de benef. vbi ſupra, nu. 48. cum ſequenti.

Trigeſimoprimò ædificationi monaſterij per 230
teſtatorem relicti aſſenſum, & auctoritatē interponere nequit, Calderin. conſi. 3. de officio Vicarij quem ſequitur Sbro. lib. 2. q. 198. nu. 1. etſi ſecus opinetur Beroi. conſi. 21. nu. 29. lib. 2.

Trigeſimoſecundò imponere penſionem ſu 231
per beneficijs, vbi Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus poſſet (puta ob iuſtam cauſſam, vt pro bono pacis & concordiæ, vt tradit Gracia alios referens, 1. parte de benef. c. 5. nu. 127.) niſi ſpeciale mandatum præcedat, Vicario nō licet; Beroius conſi. 18. nu. 10. vol. 1. Sbroc. lib. 2. q. 71. num. 24. quos ſequitur Garcia vbi proximè, nu. 317.

Trigeſimotertiò nec de reſtitutionis in inte- 232
grum cauſſa diſceptare, l. illud 25. §. 1. ff. de minoribus, ibi: *Cui id ipſum nominatim mandatum ſit. Qui verò generale mandatum de vniuerſis negotijs gerendis alleget, non debet audiri.* Per quam legē ita tenuit Sbroc. lib. 2. quæſt. 35. nu. 4. & Thom.

Sanchez

Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 40. nu. 12. in fin.
233 Credo tamen contrariam opinionem veriorem eſſe, & Vicarium Epiſcopi ex generali cõmiſsione circa reſtitutionem in integrum decernere poſſe; quod expreſsè ſuadetur ex c. cauſſa reſtitutionis de in integr. reſtit. melior tex. in l. final. C. vbi & apud quem, his verbis: *Liceat de in integrũ reſtitutione diſceptare, ſiue ſpecialiter fuerit mãdatum, vel ſi generaliter dati ſunt indices*: quem tex. ad hoc magnopere extollũt, & imis ſenſibus reponẽdum affirmant. Alex. & Iaſ. in l. more, nu. 20. ad fin. ff. de iuriſdic. omn. iud. Nicol. Euerard. locorum legalium in loco à mandato procuratoris ad lites, ſeu iudicia ad mandatũ iuriſdictionis, verſ. tertio differũt; & ſequẽdo hanc opinionẽ nihil oberit, d. l. illud, in §. 1. quia non in iudice, ſed in procuratore loquitur, nec in hoc caſu licet de procuratore ad iudicẽ argumentum ſumi, vt docẽt Alex. Iaſ. & Euerard. vbi proximè.

Trigeſimoquartò iuramentum purgationis
234 canonicæ non defertur Vicario ſine mandato ſpeciali, Sbroc. lib. 2. quæſt. 167. num. 2.

Trigeſimoquinto æconomum Eccleſiæ con-
235 ſtituere non poteſt, niſi Epiſcopi ſpeciale permiſſum adſit, Lapus allegat. 81. nu. 7. Et ibi Quintil. Mandoſ. verbo œconomũ, Felin. in c. quoniã 14. in fin.

in fin. de officio ordinarij, Ant. de Butrio in c. Imperatorũ, nu. 15. de iuramẽ. calumniæ, Sbroc. lib. 2. quæſt. 53. nu. 2. Nec contrarium eſt quod Paz inquit in praxi, 2. tom. prælud 3. nu. 8. Quia loquitur de æconomo, qui ad cuſtodiendos fructus Eccleſiæ patronatæ vacãtis nondũ prouiſæ ob patronorum diſcordiam conſtituitur, cuius æconomi conſtitutio Vicario ex generali commiſsione pertinet, cum etiam ſpeciali mandato ad inſtituendum præſentatum à Patrono, non egeat, vt nu. 186. dixi; & ad illũ vacantis Eccleſiæ cuſtodia pertineat, ad quem eius inſtitutio ſpectat, glo. verbo ęconomos in fine in c. cũ vos 4. de officio iudic. ordina. Lapus vero, & ceteri vbi ſupra loquuntur de æconomo, qui vicem Epiſcopi gerit in colligendo Eccleſiæ redditus, & diſtribuendo clericis, & pauperibus, vt ſatis explicat Felinus d. loco paulò ante finem.

Trigeſimoſextò cõſentire nequit, vt Metropolitanus cognoſcat in principali negotio, omiſſo appellationis articulo, Ferret. conſ. 307. nu. 1. per quem ita tenuit Sbroc. lib. 2. quæſt. 204. 236

Trigeſimoſeptimò voluntatem puellæ habitũ regularẽ ſuſcipere, aut profeſsionis votum emittere volẽtis, explorare non poteſt, vt experiatur an coacta, an ſeducta ſit, & an ſciat quid agat &

T cetera,

cętera, iuxta diſpoſitionem ſacri Concilij Tridē. ſeſſ. 25. de regula. c. 37. Sbroc. d. lib. 2. quæſt. 207. Quidquid in contrarium ſenſiſſe videatur Beroi. conſi. 21. num. 29. vol. 2.

Trigeſimooctauò ſine ſpeciali licentia pœnas
238 corporales in pecuniarias conuertere nō poteſt, Rebuf. d. tit. de forma Vicarij, nu. 153. cū ſequēti, Cucch. titu. 8. nu. 109. Azor d. lib. 3. c. 45. q. 6.

Trigeſimononò nec auctoritatem interpone
239 re creationi dignitatis à Canonicis factæ, aut nouum beneficium in Eccleſia creare, Federic. de Senis, conſi. 264. nu. 1. in princip. Felin. in c. cum acceſſiſſent, nu. 15. & Decius num. 9. de conſtit. Ferret. conſi. 327. num. 4. & alij plures, adducti per Sbroc. lib. 2. quæſt. 31. nu. 4, & quæſt. ſequēti.

Quadrageſimò, Eccleſias vetuſtate collapſas,
240 quę ob earū & parrœchianorū inopiam nequeūt inſtaurari vocatis his, quorū intereſt, in matrices vel alias Eccleſias viciniores abſq; ſpeciali cōceſſu transferre non poteſt, Sbroc. d. lib. 2. q. 137. nu. 3.

Quadrageſimoprimò nec Epiſcopis à ſuis ſedi
241 bus expulſis, Vicarius licentiā in diœceſi ſua iuriſdictionem exercendi concedere poteſt, gloſ. verbo diœceſanis in Clemen. vnica de foro cōp. Pauin. de poteſt. Cap. ſede vacant. 2. par. principa li, quæſt. 10. nu. 28. Rebuf. vbi ſupra, nu. 178.

Quadrageſimoſecundò virtute generalis cō-
miſsionis publicas pœnitentias imponere, aut 242
pœnitentem reconciliare non licet, Dominic.
de S. Geminiano in d. c. 1. num. 8. infra de officio
Vicarij, Sbroc. vbi ſupra quæſt. 17. nu. 2. cum ſe-
quenti, & quæſt. 18. num. 3.

Quadrageſimotertiò nec ſpecialiter cōmiſſa 243
Epiſcopo, ſeu delegata, Vicarius cognoſcere po-
teſt, Rota deciſ. 9. alias 845. de officio Vicarij in
antiquis, Feder. de Senis conſil. 130. nu. 3. Socin.
conſil. 39. nu. 30. vol. 4. & Decius in c. quoniam
Abbas nu. 15. de officio deleg. Sbroc. lib. 1. q. 36.
nu. 1. & q. 135. nu. 1. & quæſt. 177. nu. 5. Zerol. in
praxi beneſ. 1. part. verbo Vicarius, §. 21. dub. 4.

Quadrageſimoquartò de hæreſis crimine cog 244
noſcere ſine peculiari commiſsione non poteſt,
Lap. & Ioan. de Immobl. in Clemen. 1. de hæretic.
Dominic. in c. vt commiſsi, §. vltim. nu. 5. infra
de hæreticis, Sbroc. lib. 2. q. 161. nu. 4. & 5. Tiber.
Decia. tract. criminalis, lib. 5. c. 21. nu. 7. tom. 1.

Quadrageſimoquintò nec poteſt Vicarius ſi 245
Epiſcopus fuerit, ex generali cōmiſsione ea, quæ
ſunt ordinis Epiſcopalis exercere, vt Eccleſias,
capellas, oratoria, vel cimiteria reconciliare, or-
dines conferre, chriſma conficere, oleum infir-
morum ſacrare, ſacramentum confirmationis

miniſtrare, & alia ſimilia, Ioan. Gaufred. in col-
lect. in c. 1. nu. 6. de officio Vicarij, Philip. Franc.
in c. final, nu. 4. infra de officio Vicarij, Cucch.
d. titu. 8. nu. 119. & 120. Rebuf. vbi ſupr. nu. 33. &
nu. 168. cum ſequenti, Franc. Marc. deciſ. 548.
nu. 1. vol. 2. Sbroc. alios cumulãs lib. 2. q. 5. nu. 10.
& q. 6. per totã, & q. 8. nu. 2. cũ quæſt. ſequentib.
Azor d. lib. 3. c. 45. verſ. nono, queritur, & c. 46.
verſ. cõfirmationes, Vgoli. vbi ſupra verſ. octauo
nec cõfirmare Garc. d. 5. par. de benef. c. 8. nu. 85.

Quadrageſimoſextò nec Vicarius inſtitutus,
246 qui Epiſcopalẽ dignitatem nõ habet, alteri Epiſ-
copo poteſtatem exercẽdi ea, quæ ordinis Epiſ-
copalis ſunt præter ſpeciale ſui Epiſcopi manda
tum committere poteſt, Franc. in c. cum nullus
nu. 1. verſi. quarto nota, de temporib. ordin. Re-
buf. nu. 171. Azor & ceteri, vbi ſupra, & Sbroc.
lib. 2. q. 12. num. 1. & ſequenti, Zerol. 2. par. praxis
Epiſcopal. §. ſexto, dict. verbo Vicarius.

Quadrageſimoſeptimò preter ſpeciale manda
247 tum permutationes beneficiorũ expedire non
poteſt, nec illis aſſenſum præſtare, Ioã. Gaufred.
in collect. iur. in c. queſitum, num. 8. de rerum
permutatione, Gam. in repet. c. licet, nu. 101. de
rerũ permutat. Ferret. conſi. 343. nu. 13. Zerol. in
praxi Epiſcopali, 1. par. verb. Vicarius. §. decimũ.

Qua-

Quadrageſimooctauò feudales cauſſas, niſi ſpeciale mandatum ſit, cognoſcere nõ poteſt, Cardinal. in Clemẽ. 1. nu. 19. de officio Vicar. per tex. in c. verùm de foro com. Sbroc. lib. 2. q. 125. nu. 3. 248

Quadrageſimononò nec præſentare poteſt ad beneficium iuris patronatus ad Epiſcopi prçſentationem pertinens, Abb. in c. final, nu. 6. & ibi omnes communiter de conceſsione præbend. Lambert. in tract. de iur. patron. par. 3. lib. 2. art. 5. primæ quæſtionis principalis, num. 2. Rocch. de Curt. in eod. tractat. verbo honorificum, q. 5. Paul. de Citadinis in ſimili tract. par. 6. q. 41. cũ ſequẽti, Rebuf. vbi ſupr. à nu. 71. quos refert Sbro. lib. 2. q. 110. nu. 2. Garc. 5. par. de benef. c. 8. nu. 82. 249

Quinquageſimò nec auctorare exemplum ex originali ſumptum, vt eandem vim & auctoritatem cum originali habeat, c. final, ibi: *Coram ordinario iudice, vel delegato ab eo ſpecialiter præſententur*: de fide inſtr. per quem tex. ita ibidem tenuerunt Gofred. & Hoſtien. prope finem, Tiber. Decianus reſpon. 24. nu. 44. vol. 1. 250

Quibus omnibus caſibus & in alijs ſimilibus (ſi qui ſint) qui ſpeciale mandatũ requirunt, nulla dubitatio eſt, quin à ſentẽtia Vicarij generalis ad Epiſcopum prouocari poſsit, cum in his Vicarius ex delegata poteſtate, non ex ordinaria iu-

riſdictione cognoſcat: ſed hoc ita demum locũ habebit, ſi prædictæ cauſſæ Vicario ab Epiſcopo
251 ſeparatim delegentur: nõ verò ſi ſimul cũ generali cõmiſsione, vt ſæpè fieri adſolet, tribuantur, quia tunc in omnibus ordinariam iuriſdictionẽ conſequitur, & via appellationis ad Epiſcopum intercluditur argum. tx. in c. tranſlato 3. de conſtitutionibus, per quem ita hanc ſententiam defendunt Ioan. Andr. in addit. ad Speculatorem, titu. de officio Vicar. in prin. verſi. dubitari videtur ſi Epiſcopus, Anchar. in d. c. 2. nu. 2. Dominicus ibidem, nu. 9. & Philip. Franc. nu. 4. Beroi. conſi 22. nu. 12. & 14. vol. 1. Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. diſput. 29. nu. 6. cum ſequentibus, & alij congeſti à Garcia vbi ſupra, num. 41.

Nec neceſſum eſt prædictas omnes cauſſas no
252 minatim in Vicariatus cõmiſsione exprimere, ſufficiet namquè vt in ceteris omnibus iuriſdictionem ordinariã habere videatur, aliquas nominatim referre ſimul cum clauſula generali, *Et ad omnia alia etiam ſi exigant ſpeciale mandatũ.* optimus tex. in c. qui ad agendũ. §. ſed ſi aliquis, infra de procuratoribus, Hoſt. Archid. Gemin. Bertac. & alij, quos refert & ſequitur Sbroc. lib. 1. q. 65. nu. 5. & q. 67. nu. 3. Lancel. inſt. iur. canon. titu. de officio Vicarij, §. per Vicarium, verbo

ſpecia-

ſpecialiter, Bernar. Diaz in praxi crim. cano. c. 3. nu. 2. Couar. lib. 1. var. c. 6. nu. 3. Thom. Sanch. d. diſput. 29. nu. 8. quidquid contrarium voluerit Lapus in d. c. 2. nu. 14. de officio Vicar. hoc lib. 6. cui abundè ſatisfacit Sbroc. lib. 2. q. 55. nu. 37. & Thom. Sanch. vbi ſupra. Quod ita temperandũ eſt; vt Vicario non videatur conceſſa poteſtas in cęteris cauſsis ſpeciale mandatũ requirentibus; ſed in his tantùm, quæ æquales ſunt, aut inferiores, ſecus ſi grauiora negotia ſint, quia in prædicta clauſula non includuntur maiora expreſsis, c. ſedes vbi Barb. Felin. & Ant. de Butrio extra de reſcrip. Clemen. 2. de procuratoribus, Rebuf. d. titu. in d. forma Vicar. Archiep. num. 102. latè Paz in praxi, 1. tom. annot. 4. nu. 19. cum ſequentibus, Azor lib. 3. c. 44. q. 11. Garcia alios referens tom. 2. de benef. part. 12. c. 11. §. 1. nu. 69. 253

Idemque iuris erit, etſi adiecta clauſula generali aliquos caſus exceperit ex his, qui exigunt ſpeciale mandatum, nam tunc ſub illa clauſula reliqui omnes caſus continebũtur, Alex. Tiraquel. Crot. Caſan. Bald. & alij, quos refert, & ſequitur Petrus Surd. conſi. 465. nu. 12. communem dicit Cagnol. latè diſerens in l. 1. à nu. 31. ff. de reg. iur. Franc. Viuius comm. opin. lib. 2. opin. 477. nu. 3. Ioſeph. Ludouic. comm. concluſ. concl. 30. verſ. 254

ſexa-

ſexageſimo quarto, Tiraquel. de retract. conſan. lib. 1. in fin. à nu. 94. rectiùs doctiſ. noſter Couar. lib. 2. variarum, c. 5. nu. 8. cum ſequentibus.

Similiter etiam his in caſibus iuriſdictionem
255 ordinariā nanciſcetur Vicarius, licèt ſeparatim ei cōmittantur, ſi in commiſsione Epiſcopus dixerit: *Hæc Vicario noſtro cōmittimus amplianteſ, & extendētes priorē poteſtatem per nos cōmiſſam.* Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titu. de officio Vicarij, in prin. verſi. dubitari videtur, Sāch. d. lib. 3. diſput. 29. nu. 8. Nec probo opinionē Ioan. And. & Sanch. vbi proximè exiſtimantium ſufficere in commiſsione expreſſam mentionem fieri Vicariatus, ſiue in ſalutatione, ſiue in progreſſu, veluti, *Officiali noſtro, aut Vicario committimus*; quia ſola huiuſmodi Vicarij mentio nō operatur extenſionem, prorogationem, ſeu ampliationem poteſtatis prius Vicario commiſſę, cum id potiùs fiat cauſſa demonſtrādi perſonam, cui dictarum cauſſarum commiſsio fit, vt etiam voluit Garc. d. c. 8. nu. 44. Atque hæc hactenus de communi Vicarij ad Epiſcopum appellatione; nunc verò ad accuratā ſpecialis tractationem, Deo duce, nos accingamus.

IOAN-

IOANNIS NARBONA I. C. TOLETANI.

PONTIFICII IVRIS in Toletanâ Academiâ Anteceſſoris.

DE

Iuſta & legitima appellatione de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium.

PARS II.

Ad Relectionem Cap. Non putamus II. de Conſuetudine.

LIB. SEXTO.

SVMMARIA.

1 *APpellatio an iuſtè procedat de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium non obſtante deciſ. cap 2. de conſuetud. lib. ſexto.*

Digitized by Google

2 *Textum in c. 2. de conſuetud. lib. ſexto de Epiſcopo tantùm intelligendum eſſe nonnullus exiſtimauit. Refutatur eius interpretatio, num. 4.*
3 *Odioſa reſtringenda ſunt.*
5 *Vicarius Archiepiſcopi cum Archiepiſcopo vnum & idem auditorium conſtituit.*
6 *Vbi verſatur eadem ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio.*
7 *Odioſum non extenditur ad caſus non expreſſos etiã ex æqualitate, vel maioritate rationis.*
8 *Deciſio c. 2. de conſuet. lib. ſexto odioſa non eſt.*
9 *Odioſum dicitur, quod à iure communi recedit.*
10 *Tex. in c. 2. de conſuet. lib. ſexto iuri communi conformis eſt.*
11 *De ſubſtantia appellationis eſt, quod de minori ad maius iudicium appelletur.*
12 *Odioſa deciſio ex identitate, vel maioritate rationis extenditur ad alios caſus etiam non expreſſos, dummodo ratio in ea expreſſa ſit.*
13 *Ratio prohibitionis c. 2. de conſuet. lib. ſexto in eodẽ expreſſa inuenitur.*
14 *Nicol. Garcia expoſitio refertur.*
15 *Vicarium Toletanum, & Complutenſem generales eſſe negat Garcia.*
16 *Contrarium verius & num. 20.*
17 *Vicarius generalis dicitur, qui conſtitutus eſt eum generali poteſtate in loco, vbi Epiſcopus ſedem habet, vel ius dicere conſueuit.*
18 *Vicarius foraneus Epiſcopi gratiarum, & mandatorum S. Pontificis executor non eſt.*
19 *Nec ſubſtitutus ob abſentiam, vel impedimentum Vicarij generalis.*

20 *Vicarius Complutenſis Toletanus Vicarius eſt, licet Compluti reſideat.*

21 *Epiſcopus duos Vicarios generales creare poteſt.*

22 *Archiepiſcopus Burgenſis duos Vicarios generales habet.*

23 *Appellatio rectè procedit de Vicarijs Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium.*

HÆC igitur ſecunda relectionis pars eò neceſſariò pertinet, vt diſquiramus, quonam iure appellatio procedat de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eiuſdem Conſilium, ſtante deciſione Bonifacij VIII. in præſenti, qua appellationem de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum prohibet interponi: adeò vt nec conſuetudine quantocumque tempore de facto ſeruata firmari valeat; cui ſimilis Innocentij IIII. exſtat prohibitio in cap. Romana, in principio, de appellat. hoc libro. 1

Qua in re etſi nonnullus aliàs non mediocris ingenij vir, dum publicè à nobis de hac re diſceptaretur, vt hanc, quam non poterat deuorare difficultatem, ſaltim fugeret, in eam ierit ſententiam, vt exiſtimaret, appellationem de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani (vt potè 2

Complutenſi & Toletano.) ad eius Conſilium, quæ in hac Ciuitate quotidie defertur, deciſsioni noſtri tex. minimè obſtare, ea ſcilicet conſideratione facta, quia Romanus Põtifex in præſenti de Epiſcopo, & eius officiali tantummodo loquitur, ſic & in eo ſolùm debere intelligi, neque ad Archiepiſcopum pretrahendam fore, cum odioſa deciſio ſit, eo quòd appellationem de officiali Epiſcopi ad Epiſcopũ interponi pro-
3 hibeat, quod enim odioſum eſt coartari debet, nec vltra caſum expreſſum extendi ius aut æquitas patitur, c. odia 15. cum ſimilibus, & quæ ibi tradunt Scribentes communiter, infr. de regul. iur. Nimirùm ergo inquit, ſi in hac Ciuitate Toletana de Vicarijs Archiepiſcopi ad Conſilium eiuſdem appelletur, cum iure noſtro nulla repeṙiatur prohibitio, quæ appellationem de Vicario Archiepiſcopi ad eũdem deferri prohibeat, ſed tantùm de Vicario ad Epiſcopum.

Sanè huiuſmodi traditio, & ratiocinatio, quã
4 prædictus vir validiſsimam putabat; nobis ſatis debilis, ſatisque inermis videtur, ſiquidem eam haud dubiè ſubuertant illa noſtri tex. verba: *Ne ab eodem ad ſe ipſum (cum ſit idem auditoriũ vtriuſque) appellatio interpoſita videatur.* Quibus manifeſtè oſtenditur, ea ratione appellationem inter

dici.

dici de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum,
quia idem tribunal, & auditorium vtriuſque eſ-
ſe intelligitur. Quæ ratio æquè procedit in Ar-
chiepiſcopo, & eius Vicario, quos idem tribu- 5
nal, & auditorium habere certiſsimum eſt, vt
proconſtanti tenet Menoch. conſi.155. num.2.
& 3. Sbrocius lib.3. de Vicario Epiſcopi, quęſt.2.
à princip. vſque ad num.4. Iacob. Laurent. in
tractatu de iudice ſuſpec. c.4. num.12. Si ergo ea
dem ratio militat in Vicario Epiſcopi & Archie
piſcopi, eandem iuris diſpoſitionem verſari fa- 6
tendum eſt ex trita illa, & vulgari regula l. illud
ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de furtis, §. pari ratione
inſtit. quibus mod. ius pat. pot. ſolu. iuncto §. ſi
igitur inſtit. quod cum eo; ergo Bonifacij VIII.
deciſsio in præſenti de Epiſcopo tantũmodo lo
quens de Archiepiſcopo etiam intelligi debet,
cum eadem, ac æqualis ratio in vno, quæ in a-
lio verſetur contra ſupradictam interpretatio-
nem.

Quòd ſi obijciat textum noſtrum non poſſe
procedere in Vicario Archiepiſcopi, licèt eadẽ
ratio in eo ſit: ſed ſolùm de Vicario Epiſcopi in-
telligendum eſſe, de quo nominatim loquitur, 7
eo quòd eius deciſsio odioſa ſit, quę adeò reſtrin
gẽda eſt, vt ad alios caſus, etiam ſi in eis æqualis,

vel maior ratio militet, extendi non debeat, ex celebri textu ſumpto, argumento in l. fin. C. de interdicto matrimonio iuncta l. penultima eiuſdem tituli, l. libertum, la ſegunda, ff. de ritu nuptiarum, & docet Aymon Crauet. conſi. 173. nu. 3. & 13. vol. 1. vbi poſt Oldraldum conſi. 185. nu. 1 dicit, quod in materia reſtringibili non veniũt, niſi quæ verbis exprimuntur, nec licitum eſt arguere à pari, neque à maiori ad minus, etiam affirmatiuè ex tex. in c. cum illis in 2. reſponſo, infra de præbend. quod etiam tenet Hoſtienſis in c. poſtulaſti extra de reſcript. Petrus Pechius in d. c. odia, nu. 3. ampliat. 3. & Nicolaus Euerard. locorum legalium in loco à ratione legis larga, ſeu generali, Ioannes Vincentius de Anna controuerſ. forenſ. controuerſ. 84. num. 16. Igitur quamuis eadem ratio procedat in Archiepiſcopi Vicario, quæ in Vicario Epiſcopi, nihilominus tamen deciſsio noſtra de officiali Epiſcopi loquens ad officialem Archiepiſcopi extendi non debet.

Reſpondetur ſanè facillimè negando præſen-
8 tem Bonifacij deciſsionem odioſam eſſe: illud enim odioſum dicitur quòd à iure communi
9 recedit, vt ex l. cum quidam, ff. de liber. & poſthum. docet Petrus Pechius vbi ſupra, num. 1.

ſed

ſed hæc deciſsio iuri communi conformis eſt, 10
neque ab eo recedit, cum in ea caueatur, vt appellatio de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopū tanquam de vna ad eandem perſonam non interponatur, quod appellationis ſubſtātia, & ius
commune præcipit, c. anteriorum 2. quæſt. 6. ibi; 11
Cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri: ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere: faciunt quamplura ſupra in prima parte, num. 10. adducta: igitur ſuperior traditio falſo nititur fundamento, ſiquidem eo prætextu appellationem de Vicario Archiepiſcopi ad ipſum Archiepiſcopum deferendam exiſtimet, quod noſtri tex. deciſsio, odioſa ſit, nec ad Archiepiſcopum extēdi valeat, quod neutiquā dicendum eſt, cum nec permittat veritas, nec ius patiatur, vt iam docuimus.

Quod ſi præfatus vir proterue adhuc ſcrupuloſus fortaſsis hanc interpretationem ſibi nullatenus arridere dicat, & opinioni ſuæ inſiſtens af-
firmare malit præſentem Bonifacij VIII. deciſ- 12
ſionem odioſam eſſe, ſicque ad caſum in ea expreſſum ſolùm reſtringi oportere, nihilominus tamen dicendum erit, quod licet præſens decretalis de Vicario Epiſcopi tantummodo loquatur, ad Vicarium etiam Archiepiſcopi protrahi,

& ex-

& extendi debeat, quia generalis illa regula, quam ſupra retulimus, legem ſcilicet odioſam extendendam non eſſe extra caſum expreſsè in ea comprehenſum, etiam ex identitate rationis,
12 vel maioritate limitanda eſt, niſi ratio in lege, vel deciſione odioſa expreſſa ſit, nam tunc extenſio fit, etiam ad alios caſus non expreſſos, in quibus eadem ratio verſatur ex celebri tex. in l. cùm mulier 47. in fin. ff. ſoluto matrim. & ibi Alexan. per eum textum, tradit Dominicus in c. ſi ciuitas, §. 1. in principio, infra de ſenten. excommunicat. & conſil. 2. in fin. Philip. Francus, in c. 1. de temp. ordin. num. 7. limitat. 6. hoc lib. Iaſſon. in l. 1. num. 13. ff. in ius vocati vt eant, & in l. cum quidam, num. 29. & 30. ff. de liber. & poſthum. Decius in regul. factum cuique, §. in pœnalibus, num. 15. ff. de regul. iur. Crauet. de antiquit. tempor. 4. part. ſection. videamus modo, num. 18. & Thomas Sanchez omnino vidēdus, qui plura tradit de matrimonio, lib. 3. diſputa-
13 tione 42. nu. 4. Vnde cum ratio prohibitionis expreſſa ſit in noſtro tex. ibi: *Ne ab eodem ad ſeipſum, &c.* quamuis deciſionem eius odioſam eſſe fateamur, ad caſus tamen, in quibus eadem ratio verſatur, extendenda eſt, ac per conſequēs ad Archiepiſcopi Vicariū, in quo æqualis ratio mili-

militat, quæ in Vicario Epiſcopi, de quo loquitur, vt ſupra diximus.

Superiori ergo interpretatione reiecta difficultatis nexu adſtrictus, tempeſtatis noſtræ excellens, & perſpicuus iuris prudentia vir Nicolaus Garcia, tom. 1. de beneficijs, 5. part. c. 8. num. 14
36. diuerſo incedit itinere, dum inquit de Vicarijs Archiepiſcopi ad eius Conſilium in hac Ciuitate appellari, quia Vicarius Toletanus, & Complutenſis generales non ſunt, nec principales, quare tanquam de foraneis ad eumdem 15
Archiepiſcopum, id eſt, ad Conſilium appellationem rectè interponi, quod ita intelligēdum eſſe prædictus auctor ex eo percipit, quia ſi generales, vel principales Vicarij fuiſſent, de eis ad Conſilium Archiepiſcopi neutiquam appellaretur, iuxta textum noſtrum, & dict. c. Romana, infra de appellat.

Sed hæc Nicolai Garciæ expoſitio (tanti viri pace dicam) nimiùm à veritatis ſemita deuiat, negat enim Vicarium Toletanum generalem eſſe, cum id adeò certum ſit, vt nullam vnquam admiſſerit dubitationem, tùm quia conſtitutus eſt cum poteſtate generali in eodem tribunali, & loco, in quo Archiepiſcopus ſedem habet, iuſquè dicere conſueuit, ob quod gene- 16

X ralis,

17 ralis, & principalis Vicarius dicitur, vt docet Bart. in l. 1. in fin. ff. quis, & à quo appelletur, Marant. de ordin. iudic. 4. part. diſtin. 5. principali, num. 8. Anto. Cucchus, lib. 2. inſtit, maior. tit. 8. num. 131. Sbrocius, lib. 1. de Vicario Epiſcopi, quæſt. 28. num. 7. Guilierm. de Mont. Laud. in repetitione Clementin. etſi principalis, num. 2. de reſcript. Thomas Sanchez, tom. 1. de matrimon.
18 diſput. 29. quæſt. 1. num. 11. Tum etiam quia gratiarum & mandatorum Summi Pontificis exſecutor eſt, quorum exſecutio, vel exercitium denegaretur, ſi Vicarius foraneus eſſet; Clemen. 2. & ibi glo. verbo principalis, de reſcript. tradit Ripa in c. 1. num. 6. & 7. eod. titul. Sbrocius vbi ſupra, quæſt. 23. num. 6. 7. & 8. Quod adeò verum
19 eſſe ait Ripa vbi ſupra, vt alter Vicarius conſtitutus ob abſentiam, vel impedimentum Vicarij generalis dictarum rerum exſecutionem non habeat, niſi eius in reſcripto, vel commiſsione ſpecialis mentio fiat, ſequitur Marqueſanus de commiſsion. vtriuſque ſignaturæ, c. 6. à num. 25. cum ſequentibus.

Rurſus minus rectè negat Garcia, & ante eum Flores de Mena, lib. 1. variarum quæſtionum, quæſt. 4. num. 8. Complutenſem Vicarium generalem eſſe, quia nec creatus eſt, nec reſidet, vbi

vbi Archiepiſcopus ſedem habet: nam etſi huiuſmodi Vicarius Compluti reſideat, & ex eo 20
Complutenſis vocetur, Toletanus tamen generalis Vicarius eſt, quia Archiepiſcopus Toletanus duos olim Toletanos Vicarios generales creauit ob multitudinem cauſſarum, quæ Toleti erant, & cum ab vno non poſſent facilè expediri, ideò binos principales Vicarios creari oportuit, vt cauſſarũ expeditioni conſuleretur faciliùs, quod 21
iure efficere potuit ex c. quoniā in pleriſque 14. extra de officio ordinarij. & ex d. Clement. etſi principalis, iuncta glo. & ibi Cardinal. à num. 3. de reſcript. Abb. & alij in c. quoniam Abbas, verſi. ſubſtitutum extra de officio delegat. Innocen. in c. Romana, infra de officio ordin. Felinus in c. cauſſam matrimonij, num. 8. extra de officio delegat. quos refert, & ſequitur Sbrocius, vbi ſupra lib. 1. quæſt. 50. num. 4. Zerola alios citans in praxi Epiſcopali, 1. part. verbo Vicarius, in prin. Vgolin. de officio & poteſtate Epiſcopi, c. 4. §. 6. num. 4. & vidimus in Archiepiſcopo Burgenſi, qui duos Vicarios generales cōſtituit, 22
vt refert Flores, & Garcia vbi ſupra. At cum poſtea partibus conueniētius eſſet, vt expenſarum in litibus aliquantulo ſubleuarentur ob longa itineris interualla, ideò Archiepiſcopus rectiùs

conuenire perpendens, vnum ex prædictis Vicarijs generalibus Compluti reſidere decreuit, qui tamen re vera Complutenſis non eſt, ſed Toletanus Compluti reſidens ordinariamquè iuriſdictionem obtinens, aduerſus Garciam, & Flores contrarium perperam exiſtimantes.

His itaque tanquam parum concludentibus
23 expoſitionibus reiectis, vt propoſitæ difficultati obuiam eamus, pro certo, & iuridico à nobis ſtatuendum eſt, de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad Conſilium meritò ac legitimè appellationem interponi poſſe ad ſimilitudinem Conſilij Regalis, vel Rotæ Romanæ, in quibus diuerſa penitùs inſtantia conſideratur ab ea, quæ coram eorundem Vicarijs, ſeu officialibus generalibus facta fuit tex. noſtri, & ſimilium deciſionibus non obſtantibus.

Quia in re perſcrutanda omnem meam induſtriam, & diligentiam polliceor, vt quod alijs nimiũ difficile, & de iure impoſsibile viſum eſt, labore tamen noſtro adhibito, luce meridiana fortaſſe clarius, & planius fiat. Rem igitur ipſam conſtanti pectore aggrediens id ſequentib[illegible] ac ſimul grauibus muniam fundamentis.

PRI-

Digitized by Google

PRIMVM FVNDAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas eſt.*

2 *Illuſtriſsimus Garc. de Loaiſa Archiepiſcopus Toletanus laudatur.*

3 *Pater Ioannes Mariana laudatur, & num. 17.*

4 *Doctor Sebaſtianus Ximenez Toletanus laudatur,*

5 *Primas idem eſt quod Patriarcha.*

6 *Primates apud Latinos dicuntur qui apud Græcos Patriarchæ.*

7 *Primas dicitur apud Latinos qui primus eſt.*

8 *Primas aduocatorū dicitur qui præeſt alijs aduocatis.*

9 *Patriarcha Græca lingua ſummus, ſeu Princeps patrum interpretatur.*

10 *Patriarchis multa priuilegia competunt, quæ Archiepiſcopis denegantur.*

11 *Pallium à S. P. Patriarchis tribuitur, & Archiepiſcopi à Patriarchis accipiunt.*

12 *Patriarchæ vbicumque elatam crucem præſe ferre liberè poſſunt; Archiepiſcopi intra ſuam prouinciam tantum.*

13 *Patriarchæ plures cruces præſeferre poſſunt; Archiepiſcopi verò vnam tantummodo; ideò aliter facientes reprehenduntur, num. 15.*

D. Thomas Tamaio de Vargas laudatur, & alibi

 paſsim,

paſſim, & num. 4. 17. & 48.

14 Archiepiſcopus Toletanus bilineatæ crucis inſigni vtitur.

16 Patriarchæ tenentur quotidie duodecim pauperibus victum porrigere.

17 Archiepiſcopus Toletanus à tempore diui Ildephonſi triginta pauperes quotidie alit.

18 Patriarchæ Regibus, & Principibus ſuperiorem nõ recognoſcentibus æquiparantur.

19 Patriarchæ Summorum Pontificum priuilegijs & prærogatiuis vtuntur.

20 C. mos antiquus 65. diſtin. retenta communi lectione interpretatur.

21 Patriarchæ Epiſcopos punire & deponere conſueuerunt.

22 Depoſitio Epiſcoporum Romanis Pontificibus reſeruata eſt.

23 Patriarchis inſignibus & ornamentis Rom. Ponti. licet vti.

24 Patriarchæ Papæ nuncupabantur.

25 Appellari poteſt ad Summum Pontificem omiſſo medio.

26 Appellari licet ad Patriarchas omiſſo medio.

27 Romanus Pontifex ad expeditionem cauſſarum Illuſtriſſimorum Cardinalium Cõſilium habet.

28 Patriarchæ quoſdam Epiſcopos ſecũ ſemper adſtantes in conſilio habebant.

29 Appellari licitum eſt de Summi Pontificis, vel Regum officialibus ad eoſdem.

30 Præcipua priuilegia, quæ Patriarchis competunt, quatuor tantùm conceſſa videntur.

31 Cete-

31 *Ceteris verò neutiquam.*

32 *Archiepiſcopus Toletanus, etſi ex veris quatuor Patriarchis non ſit, proprius & verus Patriarcha reputatur, omnibus eorum priuilegijs vtitur ex Pontificum conceßionibus, & priuilegijs.*

33 *Diplomatis Martini V. verba referuntur.*

34 *Archiepiſcopo Toletano competunt non ſolùm ea, quæ generaliter quatuor Patriarchis cõceſſa ſunt, ſed quæ ad quemlibet eorum ſpecialiter pertinent.*

35 *Verbum* quomodolibet *vniuerſale eſt, & quencũque modum, qui comprehendi poteſt, ſignificat.*

36 *Verbum* quomodolibet *idem eſt quod* quodcũque.

37 *Qui dicit* quodcumque *nihil excipit.*

38 *Habens priuilegia ad inſtar alicuius priuilegiati habet etiam illud priuilegium, quod priuilegiatus adinſtar alterius obtinet.*

39 *Conſtantinopolitana Ciuitas Roma nuncupata eſt, ob quod eius Eccleſia Romana appellabatur, n. 40.*

41 *Toletana Ciuitas Roma nuncupata fuit, & eius Eccleſia Romulea. num 43.*

42 *Molinæ, & aliorum error conuincitur exiſtimantiũ Toletum non Romam, ſed Regiam Ciuitatem appellatum fuiſſe.*

44 *Regia Ciuitas idem importat quod Romana.*
Roma Regia Ciuitas nuncupata olim eſt. ibidem.

45 *Balthaſar Ameſcua Toletanus laudatur.*

46 *Conſtantinopolitana Ciuitas Regia dicta eſt.*

47 *Vno & eodem tempore Conſtantinopolitana, & Toletana Vrbs Regiæ Ciuitatis nomine vti cæperunt.*

48 *Toletana Ciuitas maximam cum Romana Vrbe conformitatem habet.*

Primum

1 PRimum illud non minimum fundamentum erit, ſi aduertas Archiepiſcopum Toletanum Primatiæ Hiſpaniarum dignitate præfulgere, vt colligitur ex Concil. Tolet. 12. c. 6. relato in c. cũ longe 25. 63. diſt. vbi notat Alexandrinus, & docet Speculator in prima parte, titu. 2. de diſpenſat. §. ſunt quoque nonnullę, num. 2. Albericus in rubr. de ſtat. homin. nu. 11. prope fin. Lancelot. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 2. c. 3. num. 4. Petr. Greg. in ſyntag. iuris, lib. 5. c. 10. Anaſt. Germ. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 7. num. 2. & 7. Cardin. Iacobatius de conſilio, lib. 1. artic. 1. num. 260. Lælius Cæcus in repub. eccleſiaſt. de ſtatu Reuerendiſsimorum Patriarcharum, num. 3. Villalpand. ad præcipua Conciliorum Toletanorum, c. 38. Gregor. Lopez in l. 9. titu. 5. part. 1. Ioannes Azor. lib. 3. inſtitut. moralium, c. 35. verſi. fin. & c. ſequẽti, D. Ferdinandus Mendoza omnium litterarum cognitione clariſsimus, ac noſtræ Hiſpaniæ ornamentum rarum, de confirmat. Concil. Illiberitano, lib. 1. c. 10. fol. 7. in fin. late tradit Il-
2 luſtriſs. D. Garſias de Loaiſa Toletanus quondã Antiſtes in omne æuum, ob eius doctrinam, & eximiam eruditionem immortali memoria dignus, in collectione Conciliorum Hiſpaniæ in

decreto Gundemari Regis, fol. 263. per totum; Religioſiſsimus Pater Ioannes Mariana illius 3
quidem ſacri ordinis, qui nominis, quod ſuper omne nomen eſt, titulo præſignitur, vir meherclè ingenij magni acumine, litterarum omnium cognitione, & ſermonis culti elegantia, ac morum ſanctiorum integritate inſignis lib. 9. de rebus Hiſpan. c. 19. conciuis noſter Doctor Sebaſtianus Ximenez, quem nullus vnquam labor deterruit, in compend. priuilegiorum, quæ 4
Archiepiſcopo Toletano competunt, nondum Typis mandato, ferè per totum, & præcipuè in 4. & 5. præludio. Conciuis etiam noſter amiciſſimus D. Thomas Tamaio de Vargas Theologiæ Doctor in ijs, quæ iam ſub prælo habet, & obiectionibus in R. P. Marianæ hiſtoriam Mantuanicis æquiſsimè, & eruditiſsimè opponit.

Primas enim idem eſt, quod Patriarcha, iuxta id quod habetur in c. cleros 21. diſtin. c. Vrbes, & 5
ibi glo. verbo Patriarchas 80. diſtin. c. conqueſtus 9. quæſt. 3. c. 1. in fin. c. nulli, & c. prouinciæ 99. diſtin. ſub illis verbis: *Ipſis quoque in ciuitatibus, vel locis noſtros Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licèt diuerſa ſint nomina, leges diuinæ, & eccleſiaſticæ poni, & eſſe iuſſerũt.* facit text. in c. duo ſimul, extra de officio ordin.

c.per ſingulas,& c.cōqueſtus 9. quæſt.3. quibus conſonat de iure noſtro regio,l.9. & 10. in fine, titu.5.part.1. Prorſus enim idem ſunt Primates, quod Patriarchę,licèt diuerſis nominibus nuncupari videantur contra reg. tex. in l. ſi idem 7.
6 C. de codicillis, quia apud Latinos frequentius Primates dicuntur,qui apud Græcos Patriarchę appellantur,nam quemadmodum Primas apud
7 Latinos dicitur, qui primus, eſt l.iubemus 3. & ibi gl. verbo Primatē,C.de aduocat.diuerſ.iud. vbi inquit quod Primas aduocatorum eſt ille,
8 qui præeſt alijs aduocatis,notat Bart.in l.1.C.de Alexand. primat.lib. 11. Iacobus Spiegel.& alij, qui verborum proprietates diſquirentes,vocum origines,notiones,ac rationes indagarūt, in peculiaribus tractatibus de verborum ſignificatio-
9 ne,& in lexicis iuris verbo Primates,ita Patriarcha Græca lingua πατριαρχης,id eſt,Sūmus, ſeu Princeps Patrum interpretatur, vt cum Diuo Iſidoro loquar,lib.7.etymolog.c.12. trāſcriptus in c.cleros 21. diſtin.tradit Ant. Auguſt.V.CL. in Epithome iuris Pontificij, lib.2.titu. de inſtitutione, & electione Patriarch.& Primat. à c. 1. cum pluribus ſequentibus, Caſaneus in cathal. gloriæ mundi,4.part.conſiderat.9.in princip.& Lancel.Conrad.vbi ſupra.

Patriar

Patriarchis autem ob eximiam, qua fruuntur, dignitatem innumera quidem, & maxima ſunt 10 priuilegia conceſſa, quæ Archiepiſcopis ipſis denegantur. His enim à Pontifice ſummo pallium tribuitur, quod eſt plenitudinis officij Pontifica 11 lis inſigne; Archiepiſcopi vero ab eiſdem Patriarchis accipiunt, c. antiquam 23. extra de priuileg. Abb. in rub. de auctoritate, & vſu pallij, num. 2. & Lancel. Conradus vbi ſupra lib. 2. c. 3. num. 19. & c. 4. per totum. Item & quoquo ierint elatam 12 crucem præſeferre libere poſſunt, præterquam in Vrbe Romana, aut vbicumque Summ. Pontifex, vel eius legatus vtens inſignibus Apoſtolicæ dignitatis præſens fuerit, ex d. c. antiquam, quod Archiepiſcopis, niſi intra ſuam prouinciā iter faciētibus, non permittitur ex tex. in Clem. Archiepiſcopo de priuileg.

Rurſus & Patriarchæ crucem ligno tranſuer 13 ſario gemino conſtantem præſeferunt, cuius lignum ſuperius tranſuerſum breuius eſt; inferius longius; in quo diſtinguuntur à ceteris Epiſcopis, & Archiepiſcopis, quibus niſi vnius dumtaxat tranſuerſi ligni crucem intra ſuam Prouinciam præferre non permittitur, vt obſeruauit magni nominis I. C. Iacob. Cuiacius in Paralipomenon ad titulum de foro competenti, in

c. ſanè 3. in fine. Iuſtus Lipſius V. C. in notis ad ſuos de cruce libros, doctiſsimus Iacobus Gretſerus de hortu ſanctæ crucis, 3. part. in deſcriptione crucis Vverdeanę, verſic. verum cum circa. Animi mei dimidium, ac nobilitatis, & iuuentutis noſtræ ſpecimen rarum D. Thomas Tamaio de Vargas, lib. 1. Polygraphiæ, & ſteganographię nouæ, & veteris, cap. 17. & Schediaſmate 1. decadis 7. decad. veroſimilium, ſeu horarum ſubſeciuarum ad amicos, doctos, nobiles: quæ iam ferè lucis vſura fruuntur. Hieronym. Roman. in republica Chriſtiana, lib. 2. c. 6. ad finem, & lib. 3. c. 6. etiam ad finem. Iayme Bleda in tract. ſanctæ crucis, c. 7. quemadmodum noſter Toletanus
14 Antiſtes Hiſpaniarum Primas, & Patriarcha ſuę Patriarchalis dignitatis prætextu eodem duplicis crucis inſigni vtitur, & vbicumque ante ſe liberè geſtat.

Vnde nonnullorum Archiepiſcoporum in-
15 curia reprehenditur, qui prædictam binæ crucis geſtationem dignitatis ratione ſibi deberi autumant, cum id ad eorum differentiam Primatum, & Patriarcharum peculiare ſit, ſicuti
16 & horum etiam præcipuum eſt duodecim pauperibus quotidianũ victum perpetuo miniſtrare, vti vberiori numero Toletani Antiſtites, vt

Hiſpa-

Hiſpaniarum Patriarchæ à tẽpore D. Ildephõſi, 17
in eorum ædibus vſque adhuc porrigere conſue
uerunt, vt vir ille, de quo quidquid dixeris minus
erit (tam ille nequit pro dignitate laudari)
R. D. Io. Mariana eleganter retulit de rebus Hiſ
paniæ lib. 6. c. 10. in vita D. Ildephonſi, *Præſertim*
(inquiens) *beneficia in pauperes quotidie alendi,*
*quod fit in Archiepiſcopi ædium ea parte, quæ templo
coniuncta eſt, Ildephonſi inſtitutum eſſe credatur
(& erat à maioribus ſuſceptũ, vt à Patriarchis,
qui ijdem Primates ſunt, duodecim pauperes menſæ
adhiberentur quotidie) ex his decẽ feminæ ſunt, viri
duplicato numero. Canonicus per hebdomadam
ſacris in ara maxima operatus ſacra precatione pau
perum menſam luſtrare, & nequid inopibus deſijt, di
ligenter conſiderare conſueuit.* Cui ſuccedat Mag
ni Marianæ defenſor, & ipſo dignißimus & acer
rimus, amicus & conciuis noſter natalibus,
& eruditione clarus D. Thomas Tamaio de Var
gas in docta miraculoſæ B. Virginis in Toletanum
templum deſcenſionis aduerſus tenebrarum
calumnias defenſione: vbi de hac re copioſè
agit.

Competunt etiam eis quam plura alia priuilegia,
de quibus paſsim à Doctoribus in d. c. anti
quam mentio fit, inter quæ potiſsimum illud

inuenitur; quod & maximè noſtro hæret inſtitu-
18 to, vt Patriarchæ Regibus, alijsvè Principibus ſu-
periorem non habentibus æquiparentur, cum
eorum inſtar redacti ſint, quòd multarum Pro-
uinciarum regimina ſubeant, teſte Baldo in l. 1.
§. his cunabulis, num. 3. ff. de officio Præf. Præt.
Guil. Durand. in rationali diuinorũ in proœmio
lib. 2. num. 15. verſi. Primates, Barbac. in tract. de
præſtant. Cardin. quæſt. 9. num. 43. Iaſſon, in l. 1.
num. 9. ff. de officio eius, Iacobac. de Cõcil. lib. 1.
num. 137. Caſaneus dicta conſiderat. 9. verſic. &
iſti, Lælius Gæcus vbi ſupra num. 2. circa finem,
Calefatus in l. 1. nu. 43. ff. de officio eius, Sebaſt.
Medic. in tract. de legibus, & ſtat. 1. part. quæſt.
12. num. 9. Gaſpar Balaſcus in repetitione l. Im-
perium, num. 100. ff. de iuriſdict. omnium iudic.
Lancel. Conrad. vbi ſupra, lib. 2. c. 3. num. 21. Ia-
cobus de Nigris in repetitione l. 1. ff. de officio
eius, num. 16. & alij quos refert Dionyſius Pau-
lus de vera quatuor Patriarcharum ſedium ere-
ctione, c. 17. num. 20. 21. & 22. Gregor. Lopez,
glo. 2. in l. 3. titu. 14. part. 4. Andr. Gamb. lib. 2. de
officio & poteſt. leg. in princip. num. 15.

Nec ſecularibus tantùm principibus pares
19 ſunt, verùm & Summorum Pontificium priui-
legijs, ac prærogatiuis vtuntur, elegans tex. in c.

reno-

renouantes 22. diſtin. ſub illis verbis: *Similia priuilegia, quæ ſuperior Roma habet, accipiat*, & Iuſtinianus in auth. de eccleſiaſt. tit. §. 1. collat. 9. Honorius, & Theodoſius in l. omni innouatione 6. C. de ſacroſ. eccleſ. ibi: *Non abſque ſcientia viri Reuerendiſſimi ſacroſanctæ legis Antiſtitis Eccleſiæ Vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur*, l. 1. & ibi glo. verbo *lætetur*, C. de priuil. Vrbis Conſtantinopol. lib. 11. docet Cardin. in Clement. in plerisque, num. 16. de electione, Bertach. in ſuo repertorio, verbo Patriarcha, verſi. Patriarchæ quatuor, Matthias Hugonius de poteſtate Patriarch. verſi. ſi audietimus, in princip. col. 17. Iacob. Spiegel in lexic. iuris ciuilis, verbo noua Roma, Petr. Gamb. de poteſt. leg. lib. 2. c. 1. de varijs ordin. nomin. nu. 17. Concil. Nicænum 1. c. 6. aliàs 8. tranſcriptum in c. mos antiquus 65. diſtin. vbi ſic ait: *Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem, & Epiſcopo Romano parilis mos eſt*. Quæ verba adeò nonnullorum ingenia torſerunt, vt exiſtimarẽt ab hæreticis clanculum, ac doloſè adiecta fuiſſe, vt paritatem inducerent inter Romanum Pontificem, & Alexandrinum Patriarcham, quaſi Alexandrinus

non

non eſſet Pontifici ſubiectus, cum par in parem non habeat imperium, ſiquidem in d. Concil. Niceno nuſquam ſcripta inueniantur, vt Franc. Turrianus in monumentorum veterum inueſtigatione, & ſanctorum Patrum lectione exercitatiſs. exiſtimauit in tract. de poteſt. Papę, lib. 3. pag. 11. verſi. videamus ergo, & Illuſtriſ. Bart. Carran. in parua ſumma Cóciliorũ in ſcholijs ad d. 6.
20 cononem Concilij Nicæni. Sed curſim prædicta lectione retenta facilè ſatisfieri poteſt ex his, quę ad propoſitum tradit Ramund. Ruffus in lib. quem ſcripſit pro Pontifice Romano, num. 8. verſi. ſed videamus, his verbis: *Nam ſicut Rex* (inquit) *quamuis comedat, bibat, ac moriatur, ſicut ceteri homines, nihilominus eorum ſuperior eſt*: ſic etiam licet Alexandrinus, & alij Patriarchæ aliqua habeant cum Romanis Pontificibus communia, ita vt eis æquiparentur, non tamen in ſuprema poteſtate, ac primatu pares ſunt cenſendi, vt latè tradit Dionyſius Paulus de vera quar. Patriarch. ſed. erect. c. 17. num. 74. cum ſequentibus.

Ex qua Romani Pontificis æquiparatione, &
21 ſimilitudine dimanat, Patriarchas Epiſcopos punire, ac deponere potuiſſe, vt Nicolaus Papa ſcripſit in c. quod ſuſpecti vltim. 3. quæſt. 5. ibi: *Is enim*

Is enim Antiſtes (id eſt Anaſthaſius Patenorum Epiſcopus) *tertio euocatus ad Synodum, quia non occurrit à Patriarcha ſuo canonice condemnatus exſtiterat*: & inferius: *Quod ſi Anaſthaſius à Patriarcha ſuo depoſitus eſt, &c.* Docet Ant. Auguſtin. Hiſpaniæ lumen clar. in Epitome iuris Pon 22 tificij, lib. 1. titu. 19. Quæ depoſitio ſoli Romano Pontifici reſeruata eſt, vt cõſtat ex Innocen. III. in c. quod translationem 4. & ibi glo. verbo reſeruata de officio legat. & glo. verbo pertinere, in c. ſicut 8. extra de exceſsibus Prælat. c. accuſatus, & c. quamuis 3. quæſt. 6. melior tex. in c. inter corporalia de trãslatione Epiſcopi, vbi poſtquam idem Innocent. prædixit matrimonium ſpirituale Epiſcoporum translatione, depoſitione, aut ceſsione diſolui, ſubiunxit hæc verba: *Et ideò tria hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quàm inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pontifici reſeruata.* Abb. in c. graue nimis de præbend. num. 4. & in c. non poteſt de ſententia & re iudic. num. 5. Auil de cenſur. 4. parte, diſputatione vnica, dubio 2. concluſ. 1. Etſi hodie huiuſcèmodi poteſtas, quoad Patriarchas attinet, euanuerit, & penes ſolum Pontificem remanſerit ex ſacroſanct. Trident. Synodo, cap. 8. ſeſ. 13. de reforma. & ſeſ. 24. c. 5.

vt tradit doctiſsimus Hieronym. Gonçalez in regula 8. chancel, glo. 41. num. 21.

Rurſus etiam, & Patriarchis Papalis huius ſi-
23 militudinis ratione Romani Pontificis inſignibus, & ornamentis vti fas eſt, ſiquidem veſte ruſſea indutis incedere, & equo albo phalerato ſimul atque fræno, & calcaribus deauratis vti eis liberè liceat, vt Illuſtriſsimum noſtrum Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniarum Primatem, & Patriarcham non ſemel incedentem vidimus, notant Abbas Panormit. Hoſtiẽſis, & alij Scribentes communiter in d. c. antiquam de priuileg. & obſeruat Cardin. Iacobati. d. tractatu de conci. lib. 1. num. 184. Petrus Gamb. lib. 2. de poteſtate legat. titul. 1. de varijs ordin. nomin. num. 21.

Nec ſolùm inſignibus, & ornamentis Ponti-
24 ficis Romani, verùm & Papæ nomine decorari non obſcurè conſtat ex c. ſanè præfertur 6. verſic. item Romanorum 24. quæſt. 2. vbi Dioſcorus Conſtantinopolitanus Patriarcha, Papa nũcupatur illis verbis: *Dioſcorum, qui fuit Papa eiuſdem Eccleſiæ*, docet glo. verbo à nemine in c. ſi Papa 40. diſtin. quod idem fertur de Anſejiſo Archiepiſcopo Senonenſi totius Galliæ, & Germaniæ à Ioanne S. Pontif. Patriarcha inſtituto,

Y qui

qui in Synodo habita in loco, qui Pontigonis dicitur, ſecundus Papa nuncupatus eſt, vt Odorannus Monachus Senenſis in ſuo Chronico meminit, quem refert Petrus Gregorius lib. 2 part. iur. canon. tit. 9. de perſonis eccleſiaſticis in ſcholijs ad cap. 3. littera D. quod etiam de alijs Patriarchis tradit Hieronymus Romanus in repub. Chriſtiana, lib. 3. c. 6. ad medium.

Vnde etiam prouenit, quod quemadmodum omiſſo medio ad Romanum Pontificem appellatur, vt docet Anacletus, in c. omnis 3. & Sixtus Papa in c. ſi quis 2. quæſt. 6. c. ſi duobus, extra de appel. glo. celebris, verbo reſeruata, in c. quod tranſlatione 4. extra de officio legat. Speculator 2. part. §. in quibus, num. 34. & §. nunc tractemus, in princip. de appellat. Ioannes Petrus Ferrarienſ. in praxi, in forma appellationis à ſententia diffinitiua, §. & ad quemcumque, num. 1. Redoan. de ſimonia, 1. par. c. 16. num. 14. Anton. Scappius in tractatu iuris non ſcripti, c. 41. num. 2. Ioan. Petr. Lancelotus, ſui ipſius fidelisſimus interpres, in §. fin. inſtit. de officio Vicarij, & in glo. ibi, verbo appellandum, Cardinalis Thuſcus plures allegans pract. concl. iur. littera A. concl. 352. nu. 51. Ita quidem & ad Patriarcham medijs omiſſis appellari impunè permitti- 25 26

tur ex tex. in c. ſi clericus 11. quæſt. 1. docet Ancharran. Innocen. & alij in d. c. antiquam de priuilegijs, Hoſtienſ. ibidem, num. 4. Speculat. de appellat. §. nunc tractemus quarto, num. 15. verſic. item nunc debet, Albericus in diction. littera P. verbo Patriarcha, verſi. Patriarchæ, & Primates, & ibi Additionator, Lælius Cæcus vbi ſupra, d. num. 2. propê fin. ſumma Piſanela, ſeu ſupplementum, verbo Patriarcha, verſi. quod ſunt, Dionyſ. Paul. vbi ſupra, c. 17. nu. 27. Petrus Gregor. in ſyntag. iur. lib. 15. c. 9. num. 6. Lancel. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 2. c. 3. num. 9. Gamb. d. tractatu de poteſtate leg. lib. 2. c. 1. de varijs ordin. nomin. num. 25. Quam quidem veriſſimam, & receptam eſſe opinionem (licet contrarium tenuerit gloſ. verbo ab omnibus, in c. antiquam 23. de priuileg. Ioan. Andr. & Ant. de Butrio ibidem) docet Matth. Hugonius d. tractatu de præſt. Patriarch. col. 20. verſic. dixi iam quædam.

Ex quo etiam fonte dimanat, quod quemad
27 modum Summus Pontifex Illuſtriſsimorũ Cardinalium ad expeditionem cauſſarum Conſiliũ habet, vt ex Innocen. in c. cum. I. 22. de re iud. adnotauit Paulus Borgaſ. in tractatu de irregularitate, 6. part. titu. de ſimon. num. 37. in verſic. tertio,

tertio quia, fol. mihi 242. Nicol. Grabatius in annotationibus ad pract. Octauia. Veſtri, lib. 1. c. 1. num. 8. ita etiam Patriarchæ quoſdam Epiſcopos ſibiſemper adſtantes in Conſilio ſecum habebant, vt ex mente Petri Gregor. obſeruauit Dionyſ. Paul. d. tractatu de vera quat. Patriarch. ſed. erectione, c. 19. num. 34. 28

Si ergo Patriarchæ Regibus æquiparantur, & 29
Romani Pontificis priuilegijs, ac prærogatiuis vtuntur, adeò vt eorum inſtar conſilium habere poſsint, vt iam diximus, & verum eſt; videtur etiam in ſequelam neceſſario deduci de Patriarcharum Vicarijs ad ſe ipſos iuſtè appellationem interponi, cum iure licitum, ac permiſſum ſit de Summi Pontificis, vel Regum officialibus ad ipſum Pontificem, vel Reges ſiue ad conſilia, quæ eorum perſonas repræſentãt, appellationem deferri, vt notãt communiter ferè omnes Scribentes in præſenti, & probatur ex traditis per Bald. in l. 1. nu. 2. in fine, C. nequis in ſua cauſa iud. plures refert Caſtillus de Bobad. lib. 2. polit. c. 16. nu. 76. ad fin. Igitur id ipſum abſq; vlla dubitatione fatẽdũ eſt in appellatione interpoſita de Vicario Archiepiſcopi Toletani ad eundẽ, vel eius Conſilium, cũ ipſe Patriarchali Hiſpaniarum dignitate coruſcet, vt latè ſupra iam oſtendimus.

Sed ſi forſitan aduerſus hoc veriſsimum fun-
30 damentum aliquis vehementer inſurgat, hæc
omnia, inquiens, à nobis priuilegia relata ad qua
tuor tantummodò Patriarchas attinere, Con-
ſtantinopolitanum videlicet, Alexandrinum,
Antiochenum, & Hieroſolymitanum (& vt re-
ctiùs dicā ex his maiora ad Conſtantinopolita-
num, & Alexandrinum, vt ex iuribus adductis
iunctis gloſſarum annotationibus conſtat) quia
hi quatuor principales poſt Romanum Pontifi-
cem verè, & propriè Patriarchæ ſunt, c. ſacroſan
cta 22. c. renouantes 6. iuncto c. fin. 22. diſtin. c.
antiquam de priuileg. cum ſimilibus, Greg. Pa-
pa in epiſtola 77. incipienti, quaſi oblita, quę ha-
betur in 2. tom. epiſtol. Summorum Pontificū,
pagin. 76. tenet Speculator in titu. de diſpenſat.
§. ſunt quoque 8. num. 2. & in rationali diuin.
lib. 2. c. 1. num. 18. Hoſtienſ. in ſumm. titul. de au-
ctoritate, & vſu pallij, num. 4. Ioan. Andr. in c.
non debet, num. 9. de conſ. & affin. Matth. Hu-
gon. de præſt. Patriarch. col. 3. verſ. poſtea quam,
& col. 4. verſic. ſi de Primarijs, & alicubi paſsim,
Petrus Gamb. d. lib. 2. c. 1. num. 13. Guilier. Re-
doan. de ſimonia, 1. part. c. 16. nu. 5. Couar. lib. 4.
variar. c. 14. num. 13. Catechiſmus Romanus ex
decreto ſacroſanct. Concil. Trident. iuſſu Pij V.

Romani

Romani Pontificis editus, 2. part. c. 7. de ordinis ſacramento. num. 27. titul. de ſedibus antiquis Patriarcharum cum pluribus alijs, quos plena manu doctè congeſsit Dionyſ. Paul. d. tractatu, c. 2. per totum, & c. 17. num. 9. Anaſth. Germo. lib. 2. de ſacrorum immunit. c. 5. num. 17. Greg. Lopez in l. 12. titu. 5. part. 1. in gloſ. verbo *Que ſe llamen Patriarchas*. Pauinus in tractatu de officio & poteſtate Capituli ſede vacante, præludio 6. num. 12. Petrus Gregor. in c. conquerente de officio ordin. c. 2. num. 5. Polyd. Virgilius lib. 4. de inuentione rerum, c. 12. paulò poſt princip.

Ceteris verò Patriarchis huiuſmodi priuilegia concesſa non cenſeri, vt potè Aquilienſi, Grandenſi, Bituricenſi, Cantuarienſi, Piſano, Toletano, & ſimilibus. Nam hi licèt Patriarchæ ab omnibus cōmuniter appellētur, impropriè potiùs & perperam vſitata voce ita nuncupantur, vt docet Speculator, Dionyſius Paul. Gamba. nu. 14. & Hugon. vbi ſupra, Alberic. in diction. verbo Patriarchæ, verſi. Patriarcha, & Primas, Rofredus in libello ordin. iudicia. Albarotus, & alij, quos refert Iacobatius lib. 1. de conc. à num. 256. Anaſth. Germ. lib. 3. de ſacro. immun. c. 7. nu. 1. Lælius Cæcus de rep. eccleſiaſt. d. num. 2. Igitur ad Archiepiſcopum Toletanū, vt Patriarcham 31

impro-

Digitized by Google

improprium, ſupra adducta priuilegia non pertinent. Nec Pontifici ſummo, aut Regibus equiparabitur, argum. tex. in c. graue 29. in fin. extra de præben. ibi: *Aut proprij Patriarchæ minime relaxẽtur, vt in hoc quoque quatuor Patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.* Idem colligitur ex extrauagãti, ſanctaRomana, de electione in extraua. cõmun. vbi Benedictus IX poſtquam dictas quatuor Patriarchales ſedes ſanctam Romanã Eccleſiã inſtituiſſe refert: *Ipſosque* (inquit) *multis prærogatiuis, & honoribus, ac priuilegijs decorauit*, quaſi diceret prædicta priuilegia, quibus Patriarchæ fruuntur, proprijs Patriarchis non verò improprijs fuiſſe conceſſa, argum. tex. in c. nonnè de præſumpt. & ita docuit gloſ. vbi Archidiaconus, in c. vnico, §. fin. verbo Patriarchis, infra de ſtatu regularium, Caſane. in cathal. glor. mund. 4. part. d. conſideratione 9. verſi. alij autem, Dionyſ. Paul. plura tradens vbi ſupra c. 17. num. 15. & ſequenti, Redoan. Abbatem allegans de ſimonia, 1. part. c. 16. num. 1. ac in ſequelam de Vicario generali ad eundem Archiepiſcopum, vel eius Conſilium iuridice non interponetur appellatio.

Reſpondendum tamen eſt, quod licèt verum ſit ſupradicta priuilegia, vel eorum præcipua,

quæ

quæ ad Patriarchas ſpectant veris ac principalibus non autem improprijs conceſſa cenſeri, nihilominus tamen, etſi quaternario hoc propriorum Patriarcharum numero iure communi inſpecto Toletanus Archiepiſcopus non comprehendatur, ſed inter improprios potiùs enumeretur: attamen ſi Summorum Pontificum priuilegia inſpiciamus, Archiepiſcopis Toletanis in- 31
dultum comperiemus, vt tanquam veri, & pro- 32
prij Patriarchæ habeantur, & reputentur, omnibus eorum priuilegijs vtantur, ac ſi ex veris quatuor Patriarchis fuiſſent, vt expreſsè conſtat ex pluribus Romanæ ſedis Bullis, & diplomatibus, quæ in archiuo huius ſanctæ Toletanæ Eccleſię recondita cum fide ſeruantur, quæ omnia, dum egregius Præſul Ioannes de Contreras Archiepiſcopalem ſedem occuparet, Martinus V. ſummus quondam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Præſul ſuorum anteceſſorum veſtigia ſequutus nouè declarauit, & confirmauit, vt adnotauit Illuſtriſsimus D. Garſias de Loaiſa in collectione Concil Hiſpaniæ in decreto Gundemari Regis, pagina 293. cuius integra diplomatis verba, etſi ipſe Garſias de Loaiſa referre omiſſerit, tanquam ad rem nobis admodum neceſſaria, cum in eis multa contineantur non mediocri ani-

maduerſione digna, quippè quæ complectātur ea, quæ ad ius Patriarchatus, eiusque auctoritatem ſpectant, ex archetypo in d. archiuo Eccleſiæ Toletanæ recondito Illuſtriſsimi Capituli iuſſu nobis exhibito, vt præ manibus vulgo habeatur ſyllabatim tranſcribere libuit.

33 *Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuā rei memoriā. Ex ſuſceptæ ſeruitutis officio de cunctis orbis Eccleſijs, quibus nos Apoſtolicæ prætulit excellētia dignitatis, ſtudijs cogitare tenemur aſſiduis, vt illæ, earumque paſtores conſilij cæleſtis diſpoſitione in partem ſolicitudinis euocati congruis potiantur prærogatiuis, & honoribus noſtri donum miniſterij fauorabiliter impertimur. Venerabilem igitur Toletanam Eccleſiam paternis, vt decet, complectētes affectibus, quodque illius conſideratione, & intuitu Archiepiſcopus Toletanus pro tempore exſiſtens Hiſpaniarū Primas eſt: & propterea venerabiliū fratrum noſtrorum Patriarcharū ad inſtar, quorum ac Primatum licèt nomine dumtaxat*

taxat differāt, eadem dignitates exſiſtūt, praeminentia, & honoris adminiculis attollendus ſit, aequanimiter recenſentes ad omnis ambiguitatis dubium, quod propterea forſan apud aliquos oriri poſſet, in poſterū penitus ſubmouendum. Venerabilem fratrem noſtrum Ioannem, & ſucceſſores ſuos pro tempore exſiſtentes Toletanos Archiepiſcopos in noſtra & ſucceſſorum noſtrorū Romanorum Pontificum capellis, generalibusque Conſiſtorijs, & Concilijs, & quibuſlibet alijs publicis, vel priuatis locis vltra ſedis Apoſtolicae notarios, ac omnes & ſingulos alios etiam prius promotos, qui Primates, & Imperij electores nō fuerint, Archiepiſcopos locum tenere illisque praeponi, & praeferri debere: necnon omnibus, & ſingulis praerogatiuis, priuilegijs, ac inſignijs, quae dictis Patriarchis quomodolibet competere poterunt, vti, & gaudere liberè, licitèque poſſe auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium decernimus, & etiam declaramus,

do ſequentia protuliſſe ait: *Otroſi que el dicho Arçobiſpo de Toledo, e ſus ſucceſſores libre, i licitamente puedan vſar, e gozar de todas e qualeſquier prerogatiuas, e preuilegios, e inſignias que en qualquier manera puedã competer a los verdaderos Patriarchas.* & inferius: *El dicho Papa Martino V. conſtituiò, e decerniò, e declarò, que el dicho don Ioan Arçobiſpo de Toledo, i ſus ſucceſſores igualmente, ſin otra differencia, nin indiſtinciõ real pudieſſen gozar, e gozaſſen de las inſignias, e prerogatiuas, e preuilegios, que a los Patriarchas en qualquier manera puedan competer, &c.* Quæ verba fideliter ex originali tranſcripſit Garſias de Loaiſa vbi ſupra, fol. 296.

Nec ſolũ ea, quæ veris quatuor Patriarchis generaliter conueniunt, Archiepiſcopo Toletano ex dictis Pontificalibus decretis per Martinũ V. confirmatis conceſſa videntur, verùm & illa quoque, quæ cuilibet eorum ſpecialiter conceſſa fuere, vt potè Conſtantinopolitano, vel Alexandrino, vt clarè conſtat ex prædictis litteris Apoſtolicis, & inſinuant præcipua illa verba: *Necnon omnibus & ſingulis prærogatiuis, priuilegijs, ac inſignijs, quæ dictis Patriarchis quomodòlibet competere poterunt vti, & gaudere liberè liciteque poſſe.* Quæ ver- 34

ba omnia quæcumque tam communia, quam ſpecialia priuilegia quocumque modo, vel cauſſa veris Patriarchis conceſſa comprehendere, ac
35 denotare videntur, quia verbum illud *quomodolibet*, vniuerſale eſt, & quemcumque modum, qui comprehendi poteſt, ſignificat Clement. 1. vbi glo. verbo quomodolibet, de ſenten. & re iudic. Aretinus, conſilio 163. Socin. conſil. 15. lib. 1. cum alijs pluribus, quæ in propoſito tradit Oratius Mandoſius in tractatu de priuileg. ad inſtar, glo. 14. num. 1. & 2. Petrus Rebuf. in comment. ad l. creditorum 11. verſic. quomodolibet, ff. de
36 verborum ſignificat. Quod etiam ex eo comprobatur, nam verbum *quomodolibet*, idem ſignificat quod *quodcumque*, vel *quolibet modo*, vt tradit Rebuf. vbi ſupra, & in concord. in rubr. de collat. §. præfatique ordinarij gloſ. verbo quam-
37 uis aliam ad fin. & qui, *quodcumque* dicit, nihil excipit, c. ſolitæ de maiorat. & obed. ibi: *Nihil excipiens, qui dixit, quodcumque.* c. ſi tibi abſenti 29. vbi Archid. verbo quodcumque de præben. infra hoc lib. Clem. 1. in fin. vbi glo. de ſepult. l. fin. iuncta glo verbo *per quamcumque*. C. qui legit. perſ. hab. tradit Oratius Mandoſ. vbi ſupra, glo. 10. num. 2. per totum. Cum enim Conſtantinopolitano Patriarcha omnia priuilegia conceſſa

Digitized by Google

ceſſa fuerint, quibus Romana Eccleſia gaudet, 38
ex d.c. renouantes 22. diſtin. & ex l. omni innoua
tione 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſimilibus
ſuperiùs, num. 19. & 30. relatis, ſequitur manife-
ſtè Archiepiſcopum Toletanum priuilegijs etiã
Eccleſiæ Romanæ gaudere debere, quibus Con
ſtantinopolitanus Patriarcha potitur, quia ha-
bens priuilegia inſtar alicuius priuilegiati, habet
etiam illud priuilegiũ, quod priuilegiatus inſtar
alterius obtinet, vt ferè in terminis docet Oldral
dus, conſi. 300. incipienti factum tale eſt, quem
refert, & ſequitur Mandoſius vbi ſupra, gloſ. 11.
num. 9.

Ex quo forſan euenit, & in confirmationem 39
prædictorum non immeritò conſiderari poteſt,
quod quemadmodum Conſtantinopolitana ci
uitas Romanæ ciuitatis nomen habere meruit,
ita vt ſecunda Roma nuncuparetur, vt conſtat
ex 1. Conſtantinopolitana Synodo, canon. 3.
aliàs 5. relato in c. Conſtantinopolitanæ 22. di-
ſtin. vbi ſic ait: *Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſ-
copum habere oportet Primatus honorem poſt Ro-
manum Epiſcopum propterea quod ſit noua Roma.*
Docet Iuſtinia. Imperator in authen. vt ordina-
riæ præfecturæ, verſic. renouantes, collatione 5.
ibi: *Vrbanæ Præfecturæ ſenioris Romæ, & nouæ*
vide-

videlicet huius noſtræ. Idem in authen. de eccleſiaſt. titul. §. ſancimus, collatione 9. dum ait: *Beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos nouæ Romæ.* iuncta lege 1. §. ſed etſi qua, verſic. Romam autem, C. de veter. iur. enucle. facit l. intra Vrbem 4. C. de operibus public. l. vltim. C. in quibus cauſ. pig. vel hypot. tac. conc. & quæ tradunt Petrus Gregor. in ſyntag. iur. lib. 15. c. 5. num. 7. Iacob. Spieg. in lexic. iur. verbo *Roma noua.* Hieronymus Cagnol. in proemio ff. §. hæc autem tria, num. 335. cum ſequentib. Ludouic. Gomet. in comment. ad cap. 1. nu. 44.

40 ſupra de conſtit. Quamobrem Conſtantinopolitanam Eccleſiam, Romanam appellabant, vt ex c. fin. §. idem Romanorum, iuncta gloſ. 34. quęſt. 2. docet Gomet. vbi ſupr. Sozomenus lib. 2. hiſtor. eccleſiaſtic. c. 2. Socrates in hiſtor. tripart. lib. 2. c. 9. Dion. Paul. vbi ſupra, c. 17. nu. 75. & alij, quos refert Illuſtriſ. Cæſar Baron. annal. eccleſ. ſub anno Chriſti 330. Hieron. Berrucius. & Barnabas Briſſonius, de verborum ſignifi. verbo *Roma autem duplex.* Alphonſ. de Azeued. in addition. ad Curiam Piſanam, lib. 1. c. 11. litter. D.

Ita etiam ferè eiſdem temporibus hæc noſtra

41 Toletana Ciuitas, ne aliquantulum à Conſtantinopolitanæ priuilegijs differret, Vrbs quidem Romana

Romana nuncupata fuit, vt clarè percipi licet ex lege 2. in proœmio lib. fori iudicum. vbi dum agitur de Regis electione facienda in ciuitate Toletana, vel in ea, vbi prædeceſſoris mors contigiſſet, ſequentia abſcribuntur verba. *Doncas eſtablecemos, que de aqui adelante los Reies deben ſer esleidos en la ciudad de Roma, o en aquel lugar donde murio el otro Rei, &c.* Ex quibus manifeſtè oſtenditur Vrbem noſtram Romam appellatam fuiſſe, vti obſeruarunt Ludouicus Molina de Hiſpanorum primogenijs, lib. 1. cap. 2. num. 11. Spinus in ſpeculo teſtament. glo. 19. principali, num. 73.

Nec quidquam officit, quod ipſemet Ludouicus Molina in annotat. ad dictum capitulum 2. num. 1. dicat verba illa d. l. 2. ibi: *En la ciudad de Roma*: manifeſtum mendum continere, quia in Codicibus Latino ſermone editis non *In Vrbe Romana* legitur, ſed *in Vrbe Regia*, quo nomine Gothi Toletum appellabant, quod perpetuo ibi ſedes Regia & Regium domicilium conſtitutũ erat, vt in Concilijs Toletanis, & ab antiquis rerum geſtarum ſcriptoribus memoriæ proditum extat, quodquidem ſequuti ſunt Ioannes Gutierrez practicar. quæſtionum, 2. par. lib. 3. quæſt. 13. num. 51. Alphonſ. à Villadiego in ſchol. ad d. 42

l.2.num.19.Caſtil.de Bobad.in politica lib.2.c.18 num.224.quiquidem huic errori cauſſam dediſſe affirmat,quod in libris Gothicis, verbum *Regia*, vnica tantum R. adſcribebatur, ſicque cum prædict. l.2.fori,ex Latinis Codicibus in Hiſpanicum ſermonem verteretur cum R. tantùm interpretes inuenirent, pro *Regia*, *Roma* repoſuere.

Quia reſpondetur prædictam Molinæ, & ſectantium interpretationem claré, & euidenter pluribus conuinci. Primò ex verbis fori de Sobrarbe,quorum, vt refert Ambroſius de Morales diligens ex noſtris ſcriptor, in compendio generalis hiſtoriæ, lib. 13. c. 2. ſequens eſt tenor. *El Rei en Roma, o en Ciudad Metropolitana de Arçobiſpo, o Cathedral de Obiſpo*: quæ non obſcurè aduerſus Molinam, & alios oſtendunt Toletum Romam nuncupatum fuiſſe, ſicque communem dictæ l.2.lectioné, quam omnium Codicum fides commendat, mutandam non eſſe, vt ipſi ſatis imprudenter exiſtimarunt.

Secundò improbatur ex his,quæ tradit Iulianus Pomerius (vel quiſquis is fuerit) in vita ſancti Ildephonſi apud Surium die 23. Ianuarij, tomo 1. fol.180.col.4. qui dum indicare vellet diuum Ildephonſum Archiepiſcopum electum fuiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, & Toletanam ſedem incomparabili ſanctitate, ſimul atque eximia doctrina illuſtraſſe, in hæc verba prorumpit: *Deinde poſt multũ tempus decedente ſancto Eugenio regali violentia Toletum deducitur, atque ibidem Pontifex ſubrogatur: cuius ſtatim virtus enucleata in ſede* Romulea *refulſit, & veluti facula ignea ardens omnem Hiſperiam perluſtrauit.* Quæ etiam exſtant in præfatione, ad lib. S. Ildephõſi de perpetua Deigenitricis virginitate, in tom. 8. Biblior. ſanct. Patrũ. Clare enim hoc verborum contextu demonſtratur Toletanam ciuitatem Romam, ipſiuſque Pontificalem ſedem, Romuleam ex eo nuncupatam fuiſſe. 43

Tertio, & fortius prædictus Molinæ error conuincitur ex eo, quia licet admittamus in d. l. 2. vbi Roma legitur, in Regia ciuitate legendum eſſe, non tamen inde negandum eſt Vrbem noſtram Romam nuncupatam fuiſſe, quia ſi bene perpendatur, idem eſt verbum Regia ciuitas, ac 44
Romana, nam quaſi ſinonyma verba, & idem in terſe ſignificantia habẽtur, quod non ineleganter deducitur ex l. ſiduas 6. §. hoc amplius, ff. de excuſatione tutorum, vbi dum Modeſtinus doceret Romæ Philoſophantes munerum tutelarum excuſationem habere, huius exemptionis

rationem reddens, ſic ait: *Quorum ſanctioni illam poteſt quis rationem adferre, quod cum communis ſit, & exiſtimetur patria Regia Vrbs, æquum eſt, eum, qui in ſua patria ſe vtilē præbeat, hac immunitate frui*: docet gl. ibi verbo Romæ, & in authē. vt Eccleſia Romana, cent. ann. gaud. collatio. 2. verbo anterior, Cagnol. Cinū referens in proœmio ff. §. hæc autem tria, num. 235. cum ſequenti. Si enim dum Regia ciuitas legitur de Roma intelligitur, ergo idem de Toleto dicendum erit, vt cum Regia ciuitas nuncupatur, idem ſignificet, ac ſi Roma diceretur, ita ingenioſè, & ſubtiliter pro hac ſententia aduerſus
45 Molinam adnotauit erudirtiſsimus conciuis noſter Balthaſar Gomet. de Ameſcua I.C. celeberrimus in tractat. de poteſt. in ſe ipſum, lib. 2. c. 23. num. 23. verſi. hinc interpretor, cū num. ſequenti. Quarum opinionum varietatem videbis apud doctiſsimum Iuris Conſultum Gregor. Lopez Madera de Rebus Hiſpaniæ optimè meritum, c. 12. de reb. excell. monarch. Hiſpan. fol. 77.

Vnde & Conſtantinopolitana ciuitas cum
46 Roma appellaretur, vt iam diximus, quaſi idem eſſet, Regia nuncupabatur, vt videre eſt in l. iubemus 14. iuncta glo. verbo Vrbe, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in proœmio digeſtor. §. hæc autem, vbi

Digitized by Google

vbi glo. & Anton. Vaca notarunt relati à Madera vbi ſupr. & ipſo eodem tempore, quo ita nuncupari cæpit; hæc noſtra Toletana ciuitas eius inſtar (quod ad rem maximè ſpectat) eodem nomine condecorata fuit, vt pulchrè aduertit Ambroſ. de Moral. in ſuo compen. gener. lib. 12. c. 3. in vita Recaredi Regis, ad fin. 47

Nec immeritò Romæ nomine Toletana ciuitas decorari meruit, cum maximam morum conformitatem cum Romana Vrbe ſemper habuerit, vti in eius laudem adnotauit. Quintil. Mandoſ. exterus auctor in tract. de monitorijs, q. 60. verſ. necnon Reuerẽdiſsimis, dum ait: *Toletum magnum cũ hac Vrbe conformitatem morum habere videtur, nec mirum (vt multa præteream) quia eſt ſub eodem Polo 42. Vrbs est celebris, & religioſiſſima, &c.* Sed verbis pluribus in hanc rem parco, illa relinquens delicio noſtro D. Thomæ Tamaio de Vargas in ijs, quę ad elogia ſcriptorum illuſtrium Toletanorum, quibus Toletũ noſtrum eleganter illuſtrat, diligentiùs ac latiùs notat, & Toleti laudibus annumerat. 48

Si ergo Archiepiſcopus Toletanus ex diuerſis Pontificũ diplomatibus iam relatis, tanquam verus, & proprius Patriarcha habetur, & reputatur, adeo vt iuribus, ac priuilegijs Eccleſiæ

 Roma-

Romanæ gaudere debeat, quibus Conſtantinopolitanus Patriarcha (cui ſimilis eſt) potitur, igitur ad ipſum, vel eius Conſilium à ſententia Vicariorum ſuorum generalium, tanquam ad verum, & proprium Patriarcham, & perconſequẽs Pontifici, vel Regi ſimilem rectè prouocabitur, quemadmodum ad Pontificem ſummum, ad Regem, vel ad alios ſuperiores Principes de ſententia officialium ſuorum appellatur.

SECVNDVM FVNDAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *Patriarchæ ſunt iudices ordinarÿ omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.*

2 *Diſpenſare poſſunt cum Epiſcopo, vel alio beneficiorum collatore ſibi ſubiecto ob malam beneficiorum collationem à Concilio ſuſpenſo.*

3 *Abſoluunt excommunicatos à ſuffraganeis ſuis, licèt ſuffraganei abſolutionem concedere recuſent.*

4 *Appellari poteſt à ſententÿs ſuffraganeorum omniũ ad Patriarchas, ſeu Primates.*

5 *Appellari poteſt à ſententÿs iudicum Conſeruatorum totius Hiſpaniæ ad Archiepiſcopum Toletanum exceptis cauſis ordinis ſancti Iacobi.*

Iudices

Iudices Conſeruatores ſedis Apoſtolicæ legati dicuntur ibidem.

6 *De iudicibus Conſeruatoribus ad Summum Pontificem tantummodo appellatur.*

7 *Hiſpalenſis, Bracharenſis, Tarraconenſis, & Compoſtellanus Archiepiſcopi Primatiam Hiſpaniarũ prætenderunt.*

8 *L. ſi plures 9. ff. de pact. interpretatur.*

9 *Vna & eadem perſona duorum vicem ſubſtinere nõ poteſt, ſi habeatur reſpectus ratione perſonæ, ſecus ſi dignitatum.*

10 *Appellatur de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium, tanquam de Archiepiſcopo ad Primatem, & num. 16.*

11 *Plurium vices aliquis ſubſtinere poteſt extra iudiciũ vel in iudicio voluntariæ iuriſdictionis.*

12 *Secus in iuriſdictione contentioſa, vel iuriſdictione voluntaria, in qua particulari lege, vel ſtatuto diuerſæ perſonæ deſiderantur, num. 13.*

14 *Diuerſæ perſonæ in appellatione deſiderantur, iudicis à quo, & iudicis ad quem.*

15 *Iudex à quo tenetur mittere litteras dimiſſorias ad iudicem ad quem.*

17 *Cap. à collatione 11. de appellationibus, lib. 6. expenditur.*

18 *L. 1 §. ſolent, verſic. ſed ſi, ff. quando appellan. ſit, expenditur.*

19 *C. poſtulaſtis 15. verſi. niſi fortè, de conceſſione præbendæ expenditur.*

20 *A collatione vel electione per ſolum Epiſcopum tanquam Canonicum facta, non appellatur ad eundem*

dem

dem tanquam ad Epiſcopum.

Appellatio non interponitur de ſententia ab Archiepiſcopo prolata ad eum tanquam ad delegatum natum. ibidem.

21 *Secus ſi non ipſe Archiepiſcopus, ſed eius Vicarius ſententiam protulerit.*

22 *Vbicumque in vna perſona Archiepiſcopalis, & Patriarchalis dignitas inuenietur, recte appellabitur de ſententia Vicarij Archiepiſcopalis ad Vicariũ Patriarchalem.*

22 *Galliarum Primas habet Archiepiſcopatum Gratianopolitanum ſubſe, & ideò duos Vicarios habet, tanquam Archiepiſcopus vnum, & tanquam Patriarcha alterum, & de Vicario Archiepiſcopali appellatur ad Patriarchalem Vicarium.*

1 PRætereà pro hac ſentẽtia fortiſsimum nobis fundamentum præbet ſequens conſideratio, nam Primates, ſeu Patriarchę ſunt ordinarij iudices Prouinciarum, & omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſuorum, ſupremamquè in eos iuriſdictionem habent, vti eleganter Clemens Papa retulit in epiſtola 1. ad Iacob. tranſcripta in c. in illis 80. diſtinct. dum ait: *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel Patriarchas beatus Petrus præcepit, qui reli-*

reliquorum Epiſcoporum cauſſas, & maiora, quoties neceſſe foret, negotia in fide agitarent. Idem colligitur ex tex. in c. ſi clericus 46. 11. quæſt. 1. ibi: *Si vero contra ipſius Prouinciæ Metropolitanum Epiſcopũ Epiſcopus ſiue clericus habeat controuerſiam, pergat ad ipſius diœceſis Primatem.* Similis eſt tex. in c. 1. 21. diſtin. c. de perſona 65. diſtin. c. Prouinciæ 99. diſtin. c. nullus, c. cõqueſtus, vbi glo. verbo Archiepiſcopus, 9. quæſt. 3. Concil. Calcedon. canon. 9. & canon. 17. Quare in 39. canon. Nicæni Concilij ex octoginta ex Arabico habitis ita ſcriptum fuit: *Conſideret Patriarcha, quæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi eius in Prouincijs ſuis faciunt, etſi quid reperiat ſecus quàm oporteat, factũ mutet, & diſponat, vt ſibi videbitur, ſiquidem ipſe eſt pater omnium, & illi filij eius, ſicque præeſt Patriarcha his omnibus, qui ſub poteſtate eius ſunt, ſicut ille, qui tenet ſedem Romæ, caput eſt & Princeps omnium Patriarcharum.* Quæ verba referuntur ab Alphonſo Piſano noſtrate viro religioſiſſimo, ac doctiſsimo, noſtrique Franciſci Piſani pari religione, ac doctrina præditi fratre, in lib. 3. in Nicænum Concil. quæ habentur in 1. tomo, conc. pag. 554. & pag. 584. à quibus non diſſentit Regia Alphonſi Pulchri quõdam Hiſpaniarum Regis deciſio in l. 10. titu. 5. part. 5. & ibi Grego.

glo.1.& 2.facit etiam l.11.eiuſdem titu. per totã, & præcipue in verſic. *la ſeſta es.* Quibus connectuntur plura, quæ congerunt Speculat.in titu. de diſpenſ.§.ſunt quoque.8. Iacob.Cuiac.in Paralipom.in c.3.de for.compet.Conrad,in temp. omnium iud. lib.2.c.3.num.8.12.& 15. Hugon. d. tractatu de præſt. Patriarch. col.24.verſic. ita quandoque,Redoanus de ſimon.1.part.c.16.nu. 10.cum ſequentib.Pater Azor inſtit.moral.lib.3 c.35.in principio.

Vnde Patriarchæ prætextu huius ordinariæ
2 iuriſdictionis diſpenſare poſſunt cum Epiſcopo vel alio beneficiorum collatore ſibi ſubiecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à conc.ſuſpenſus,c.graue,ad fin.de præben. ibi: *Huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur.*

Item etiam excommunicatos à ſuffraganeis
3 ſuis abſoluunt, licèt eis ſuffraganei abſolutioné concedere recuſent, vt docent communiter Doctores per tex. in c.ad reprimendam 8. extra de officio ord.l.11.tit.5.par.1.verſi.*e la ſeptima es*, tradit Hugon. vbi ſupra in d. verſi. ita quandoque, plures alios caſus referens,quibus hæc ordinaria iuriſdictio Patriarcharum magnopere com-

comprobatur, cui adde Redoanum vbi ſupra, 1. part. d. c. 16. num. 10. cum ſequenti.

Ex quo procedit, vt à ſententijs ſuffraganeorum omnium Archiepiſcoporum, & Metropolitanorum ad Patriarchas, ſeu Primates tanquam ad ſuperiores, & principales iudices appellatio deferatur, c. Prouinciæ 99. diſtin. c. ſi quis 7. c. ſi quis 15. 2. q. 6. vbi Anacletus Papa ſic ait: *Si quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari apud Primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam iudicetur.* c. antiquam, verſi. fin. extra de priuileg. ibi: *In omnibus autem Prouincijs eorundem iuriſdictioni ſubiectis ad eos, cum neceſſe fuerit, prouocetur*, c. duo ſimul 9. de officio ordin. c. conqueſtus 9. quæſt. 3. & ibi glo. verbo prouocauerit; conſonat d. l. 11. titul. 5. part. 1. vbi Gregor. glo. 2. tradunt Sebaſt. Medic. in tractatu de legib. & ſtat. 1. part. quæſt. 12. num. 8. Redoan. d. c. 16. num. 13. Hugonius vbi ſupra, col. 23. verſic. magna eſt, in princip. de quo etiam meminit Polydor. Virgil. lib. 4. de rerum inuent. cap. 12. 4

Nec ſolùm à ſuffraganeis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Metropolitanis ad Archiepiſcopum Toletanum, tanquam ad Hiſpaniarum Patriarchã, ſeu Primatem appellatur, verumetiam à iudici- 5

bus Conſeruatoribus totius Hiſpaniæ, qui ſedis Apoſtolicæ delegati dicuntur (vt notum eſt & colligitur ex c.1. iuncta rubr. infra de officio delegat. & tradit Nauarrus lib.1. conſiliorum, titu. de officio deleg. conſi.3. num.1.) exceptis tantummodo cauſsis ordinis ſancti Iacobi, quæ coram ipſius Conſeruatoribus peraguntur, à quarum ſententijs ex ſpeciali indulto, ac particulari priuilegio ad Archiepiſcopum Toletanum non prouocatur, vt conſtat ex quadam Bulla, ſeu diplomate Pij V. Pontificis Max. data Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1566. quinto Idus Ianuarij, Pontificatus ipſius anno primo, cujus verba (quantum ad præſens attinet inſtitutum) ſequentia ſunt: *Et vlterius venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Toletanus Conſeruator ſupremus, iudex omniũ appellationum à grauaminibus, ſeu ſententijs quorumcumque aliorum Conſeruatorũ in Regnis Hiſpaniarum exſiſtentium Apoſtolica auctoritate ſpecialiter conſtitutus exſtiterit, &c.* Igitur ſi de omnibus tribunalibus ſuffraganeorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum iudicum
6 etiam Conſeruatorum, de quibus aliàs non niſi ad Romanum Pótificem appellaretur, & quod maximum eſt, nec ad legatum natum, aut legatum.

tum de latere, vt docet Ancharranus, conſi. 132. incipienti, caſus ſuper quo, num. 8. Cardin. Thuſcus practic. concluſ. iuris, litter. A. concluſ. 349. num. 3. ad Archiepiſcopum Toletanum, tanquam ad Patriarcham, vel Primatem appellatio interponi poteſt; appellari quidem licebit de Vicarijs generalibus Archiepiſcopatus Toletani ad Patriarcham, & Primatem Hiſpaniæ, cuius ditionis, & iuriſdictionis eſt, etiã ſi prædicta dignitas Patriarchalis vnita Archiepiſcatui Toletano inueniatur, quod per accidens euenit; & quemadmodum ſi Patriarchalis, & Primatialis hæc dignitas penes Hiſpalenſem, Brachareñſem, Tarraconenſem, vel Compoſtellanum Archiepiſcopum reſideret (vt ipſi aliquando acerrima, 7
& penè immortali lite contenderunt, vt conſtat ex c. coram extra de in integ. reſtitutione) tunc appellatio de Vicarijs Toletanis ad ipſum Archiepiſcopum qui Primatiam obtineret, vt ad Patriarcham rectè interponeretur, ita ſimiliter ad Archiepiſcopum Toletanum, vel eius Conſilium à ſententia Vicariorum generalium meritò prouocabitur, non tanquam ad Archiepiſcopum, cuius tribunal, & perſona vnum, & idem inter ipſos iudicatur in præſenti, ſed tanquam Patriarcha, cuius auditorium, dignitas, &

iuriſdictio omnino diuerſa, diſtincta, ſeparata, & ſuperior eſt.

Neque huic reſolutioni quidquam oberit tex. 8 in l. ſi plures 9. ff. de pact. vbi Paulus Iuris Conſ. ait impoſsibile eſſe aliquem duarum perſonarũ vicem gerere, ſub illis verbis: *Difficile eſt vt vnus homo duorum vicem ſubſtineat.* Cui adſtipulatur illud Girardi epigrammatum legalium libro ſingulari, epigrammate 26. dum ait.

Facta duo faciant; quæ ſunt facienda duobus;
Eſt fatui geminas velle ſubire vices.

Ex quibus manifeſtè deduci videtur Archiepiſcopum Toletanum quoad interponendã appellationem non poſſe in prima inſtantia Archiepiſcopum cenſeri, & in ſecunda Patriarcham reputari, quia eueniret vnam, & eandem perſonã duarum vicem ſubſtinere, aduerſus prædictam 9 I. C. Pauli ſententiam. Nam facillimo negotio hanc difficultatem expedies, ſi animaduertas, d. l. ſi plures procedere, quoties habetur reſpectus ad perſonam ipſam ratione perſonæ, ſecus verò ſi eam ratione officij, vel dignitatis conſideremus, nam tunc vnus idemque homo plurium vices ſubſtinere poterit, optimus tex. in l. ſi pater 15. §. qui duos, ibi: *Facit enim hoc quaſi quilibet, non quaſi unus,* ff. de adopt. l. debitor 54. §. vltim.

vltim.ad S.Conſ. Trebel. ibi: *Quia non quaſi hæ-
res,ſed quaſi mater*.l.item 6.in princip. quod cu-
iuſcumque vniuerſ. nomine elegans tex. in l. ſi
conſul.3.ff.de adop.vbi *Si Conſul*(ait Paulus)*vel
præſes filius familias ſit,poſſe eum vel emancipari,
vel in adoptionem dari conſtat*.idem Paulus in l.2.
ff.de officio Præt. & Vlpianus in l.Præſes 2. ff.de
officio Præſid.l.1.§.Conſules, ff. de officio Con-
ſul. & ibi Baldus, cum alijs pluribus quæ refert
glo.1.in d.§.qui duos,Panormit.& Felinus,in c.
ex litteris,num.10. extra de probat. Petrus Sur-
dus deciſ.291. num.5.Quam interpretationem,
vt veriſsimam tradunt Bart.in d.l.ſi plures,nu.1.
Alberic.2.& alij quos refert glo. marginalis ibi-
dem, additio glo.in d.l.ſi Conſul.verbo filius fa
milias,de adopt.Petrus Veleus de Gueuara plu-
ra tradens in comment.ad d.l.2.ff.de officio Prę
ſid.à num.3. cum ſequentib. ſubtilis Antonius
Faber.in rationali ad Pandectas in ſcholijs ad d.
l.ſi plures 9. litter.B. Vnde nullum orietur incõ 10
ueniens in eo,quod Archiepiſcopus Toletanus
in prima inſtantia tanquam Archiepiſcopus ha-
beatur,& in ſecunda dignitas Patriarchalis,quę
apud eum reſidet conſideretur,cum ſint diuer-
ſa officia, & dignitates etiam ſi in vna, eadémque
perſona inueniantur, vt in iuribus ſupra citatis
ſimi-

ſimiliter agnoſcitur. Ex quo veriſsimè apparet, meritò appellari poſſe de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eundem Archiepiſcopum, vel ad eius Conſilium, non tanquam de vna perſona ad eandem ratione perſonæ, ſed potiùs ratione officiorũ, & dignitatum, id eſt tanquam de Archiepiſcopo Toletano ad Hiſpaniarum Primatem, vel Patriarcham.

Quæ quidem interpretatio, etſi veriſsima ſit,
11 ſupra dictam difficultatem è medio non tollit, nam licet regulariter verũ fateamur, quemquã plurium perſonarum vicem ſubſtinere poſſe habita officiorum, vel dignitatum cõſideratione: illud quidem intelligendum eſt procedere extra iudicium, vel in iudicio voluntariæ iuriſdictionis, hoc eſt, quæ in volentes tantùm exercetur, vbi nullum iuris, vel facti impedimentum verſatur, vt in caſu d. l. debitor, §. vltim. ad Trebel. d. l. ſi Conſul. de adopt. & d. l. 2. de officio Præſid. cum ſimilibus alijs, ſupra adductis, vt adnotarũt gloſ. & DD. præcedenti num relati, quibus addenda eſt glo. verbo vices, in d. c. ex litteris, & ibi Felinus num. 11. extra de probat. Bart. in l. iubemus la ſegunda, §. ſanè, num. 13. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in d. l. ſi Conſul. quem ſequuntur Baldus, & Oroſcius, ibidem, num. 3. Corraſ. num. 5. Aui-

Auiles plura tradens in c.1. Prætorum, glo. verbo officium, per totam. Secus verò accidit in iu
riſdictione contentioſa, vt eſt actus iſte appella- 12
tionis, de quo loquimur, in qua quis duplici offi
cio fungi non poteſt, c.1.4. quæſt. 4. l. fin. in prin
cipio, & ibi glo. verbo cuiuſcumque, C. de aſſeſ-
ſoribus, l. quiſquis, C. de poſtul. l. ille à quo 13. §.
intempeſtiuum, ff. ad Trebel. Speculat. in titul.
de aſſeſſoribus, §. vltimo, Paz in praxi, 1. part. in
princip. annot. 3. num. 4. Felinus, Corraſ. Auiles,
& ceteri omnes ſupra relati. Necnon in iuriſdi- 13
ctione voluntaria, in qua diuerſæ perſonæ lege
aliqua, vel ſtatuto deſiderãtur, vt docuit Anchar
ranus, conſi. 413. incipienti viſo puncto, Felinus
plura tradens in d. c. ex litteris, num. 10. verſi. mo
do aduerte, & colligitur ex Bald. in l. iuris gen-
tium 7. §. hodie tamen, num. 17. ff. de pact. igi-
tur in caſu noſtro licèt Archiepiſcopum Tole-
tanum ratione dignitatum, & officiorum, quæ
obtinet conſideremus, dicendum tamen non
eſt vicem duorum gerere quoad appellationem,
cuius iudicium ad contẽtioſam iuriſdictionem
pertinet, in qua diuerſæ perſonæ, atque diſtinctę
neceſſariò requiruntur, videlicet perſona iudicis 14
à quo & perſona iudicis ad quem, vt communi-
ter deducitur in d. c. anteriorum 2. quæſt. 6. &

Dd docent

docent ferè omnes Doctores in præſenti, aliàs
enim maximum reſultaret inconueniens, ſiqui-
dem vnus homo de iniquitate ſuæ ſentẽtiæ cog
noſceret, & tanquam ſui ipſius ſuperior de ſeip-
ſo ad ſeipſum appellaretur.

Quod quidem ex eo meliùs comprobatur,
15 quia iudex à quo tenetur mittere litteras dimiſ-
ſorias ad iudicem ad quem, c. ab eo, infra de ap-
pellat. clem. quamuis, eiuſdem titu. l. 1. & per to-
tum tit. de libel. dimiſ. & ridiculũ penè que iudi-
cij diſsimile eſſet, vt quis ſibi ipſi reſcriberet.

Hanc tamen obiectionem, licèt grauis, ſubti-
16 liſque aliquibus videri poſsit, facillimè dilues, ſi
attento animo proſpicias ipſam tunc locum fuiſ
ſe habituram, ſi appellatio à ſententia prolata ab
ipſo Archiepiſcopo, non verò ab eius Vicario
ad eundem Prælatum, tanquam ad Patriarcham
interponeretur, nam tunc maximum illud ori-
retur inconueniẽs, vt vnus homo in iuriſdictio-
ne contẽtioſa duorum vicem ſubſtineret, vel de
iniquitate ſuæ ſententiæ cognoſceret, quod neu
tiquàm fieri ius patitur, cum in ea perſonarum
diſtinctio præciſsè requiratur ex ſupra traditis.
Nos vero prorſus in diſsimili ſpecie verſamur,
quando videlicet appellatio interponitur de Vi-
carijs Toletani Archiepiſcopi ad eundem Ar-
chie-

chiepiſcopum, vel ad eius Cõſilium, in qua præciſſa perſonarum diuerſitas datur, & per conſequens prædicta obiectio in ea ceſſat.

Neque officit quidquam noſtri textus ratio, dum prohibet appellationem interponi de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum, quia idem tribunal vtriuſque cenſetur, nam hoc inconueniens omnino ceſſat in noſtro caſu, ſiquidem tribunal Vicarij generalis Archiepiſcopi Toletani prorſus diuerſum eſt ab auditorio Hiſpaniarum Primatis, & Patriarchæ, ad quem appellatio interponitur; ex quo euidenter deducitur, conſtitui diuerſitatem perſonarum, officiorum, & dignitatum, ſicque rectè procedere appellationem de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eundem Archiepiſcopum, vel ad eius Conſilium, tanquam ad Patriarcham, vt ſupra reſoluimus omni excluſo inconuenienti, & repugnantia.

Quæ reſolutio non ineptè comprobatur ex 17
tex. in c. à collatione 11. infra de appellat. vbi à collatione facta per Capitulum, in quo Epiſcopus tanquam Canonicus interfuit (puta quia ex Summi Pontificis indulto Canonicatus ſibi fuerat reſeruatus) ad eundem Epiſcopum appellatur, non alia ratione, niſi quia actus ille collatio-

nis non fuit à ſolo Epiſcopo celebratus,ſed a Ca-
pitulo, in quo tãquam Canonicus vnàcum alijs
interfuit, idcirco ab illa electione per omnes fa-
cta ad ipſum Epiſcopũ appellatio defertur,quia
iam tunc perſonarum diuerſitas datur, Canoni-
corum videlicet, inter quos vnius vicem geſsit
Epiſcopus, & ipſius Epiſcopi ad quem appella-
tio interponitur.Similis eſt deciſsio tex. in l.1.§.
18 ſolent,verſi.ſed etſi,ff.quando appellandum ſit,
vbi appellatio interponitur ad Præſidem deno-
minatione decurionis,quam cum ceteris decu-
rionibus ipſe fecit,ea ſcilicet ratione ,quia Præ-
ſes non ipſe ſolus,vt decurio,ſed cum alijs decu-
rionem creauit,quod efficit,vt huiuſmodi actus
non à ſe ipſo, ſed ab ordine potiùs decurionum
factus cenſeatur,vti ibidem adnotauit Vlpianus
dum ait: *Ipſe erit prouocandus,quaſi ab ordine, nõ
ab ipſo fiat appellatio.*

Rurſus etiam comprobatur ex Alexan. III.
19 decreto in c. poſtulaſtis 15. verſi.niſi fortè, extra
de conceſsione præben. vbi negligentia, quam
Prælatus ipſe habuit,dum teneretur,nõ vt Epiſ-
copus,ſed vt quilibet alius cum ceteris Canoni-
cis intra ſex menſes beneficium conferre, non
nocet ei,vt tanquam ad Prælatum ob negligen-
tiam,ad ipſum conferendi poteſtas deuoluatur,
quia

quia vt ſupradiximus,non fuit negligens,vt ipſe ſolus,ſed cum alijs,quod efficit,vt ad ipſum,tanquam ad ſuperiorem meritò deuolutio fiat, ita eleganter hæc iura interpretantur Dominicus de S.Gemin.in d.c.à collatiòne, nu.1. Philippus Franc.num.4.& ferè omnes Scribentes communiter ibidem,& in d. c. poſtulaſtis de conceſsione præben.tradit Innocen.in c.irrefragabilis 13. num.2. & ibi Cardin.Hoſtien.& alij extra de of 20
ficio ordin.Secus autem eſſet, ſi electio, vel collatio à ſolo Epiſcopo tanquam Canonico facta, vel facienda fuiſſet, nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur,nec facultas conferendi deuolueretur, quia deeſſet perſonarum diuerſitas,quæ in his caſibus neceſſariò deſideratur,vt ſupradictum eſt,& conſtat ex c.2. de conceſ.præben. & ex his,quæ tradũt DD. proximè citati.Ita etiam cenſuit Rota deciſ.1.ſub titul.de ſupplen.neg.Præl.in nouis,alias deciſ.113. ſub illis verbis: *Præterea licet legatus natus ſit ſuperior per reſpectum ad alios infra legationem ſuam exiſtentes,vt poßit ad eum appellari,uel ipſe adiri per ſimplicem querelam, vt in c.1. de officio legati;tamen non crederem, quod ipſe eſſet ſuperior ſui ipſius,vt Archiepiſcopi, nec quod à ſententia ſua poſit ad ipſum,tanquam ad legatum appellari, nec de*

 ipſo

ipſo ſibi ipſi querelam deferri argumento c. Romana de appellat. & de conſuet. c. 2. lib. 6. hactenus Rota; ex quibus verbis manifeſtè elucet non poſſe appellari de ſentẽtia ab ipſomet Archiepiſcopo prolata ad eundem, tanquam ad legatum natum, ne vna perſona inferioris ſimul, & ſuperioris vicem gerat, licèt aliàs ſuperior ſit, habito reſpectu ad alios infra legationem ſuam exſiſtentes, vt in d. c. 1. de officio legati. Diuerſum ſanè prorſus ſtatueretur, ſi ipſe Archiepiſ-
21 copus non ex ſua perſona, ſed per Vicarium ſuum ſententiam protuliſſet, ſiquidem tunc omnimoda diſtinctio perſonarum, & officiorum daretur, & per conſequens adductæ rationes per Rotam ceſſarent, quemadmodum ceſſare debent in caſu noſtro, in quo de ſententia per Vicarium generalem Archiepiſcopi Toletani prolata ad ipſum Archiepiſcopum, vel ad eius Conſilium, tanquam ad Patriarcham, & Primatem Hiſpaniarum iuſtiſsima ratione appellatur, cum perſonarum, & dignitatum diuerſitas inueniatur.

Quod cum ita verum ſit, vbicumque in ea-
22 dem perſona hæc duæ dignitates Patriarchalis ſimul, & Archiepiſcopalis inueniantur, iuri conſona erit appellatio, ſi de Vicario Archie-

chiepiſcopi ad eundem Archiepiſcopum, & Patriarcham, ſiue eius vice ad Vicarium Patriarchalis dignitatis interponatur, quemadmodum hodie Lugdunenſis, qui dicitur Galliarum Primas, habet Archiepiſcopum Gratianopolitanũ 23
ſub ſe, qui quidem binos officiales conſtituit, tanquam Primas, ſeu Patriarcha vnum, & tanquam Archiepiſcopus alium, & de ſententia lata à Vicario Archiepiſcopi, ad Patriarchalem Vicarium appellatur: vt teſtatur Ioannes Graſſus, in tractatu de dignitate, in repet. c. ex parte, de verborum ſignificatione, quem refert Cardin. Iacob. lib. 1. de conc. num. 226. artic. 1. Quod idem apud nos obſeruatur, cum de ſententia Vicariorum generalium Archiepiſcopi Toletani appellatur: & meritò; ad Conſilium Patriarchæ, ſeu Primatis Hiſpaniarum, quod eiuſdem Patriarchæ dignitatem repræſentat, cuius proprium eſt Conſilium habere ad expeditionẽ cauſarum, vt ſupra diximus.

Digitized by Google

TERTIVM FVNDAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *Archiepiſcopus Toletanus, etſi Patriarcha nō eſſet, rectè tamen ad eius Conſilium appellaretur.*

2 *Archiepiſcopus Toletanus ex tempore immemoriali Conſilium habet, ad quod de ſentētijs Vicariorum generalium appellatur, & num. 5.*

3 *Notiſsima conſuetudo probatione nō indiget, ſed eam allegare ſufficit.*

4 *Archiepiſcopi Toletani multo antequam Bonifacius VIII. conderet, c. 2. de conſuetud. lib. ſext. Conſilium habuerunt.*

5 *Tex. in d. c. 2. à Bonifacio VIII. conditus fuit, anno 4. Pontificatus eiuſdem 5. Nonas Maij, anno Chriſtiano* 1298.

6 *Illuſtriſsimus D. Roderi. Ximenez de Rada laudatur.*

7 *Interfuit bello cui nomen* de las Nauas de Toloſa, *vbi Conſiliarios ſecum habuit.*

8 *A morte D. Roderic. Ximenez, vſque ad deciſsionem d. c. ſecundi 25. anni tranſierunt.*

9 *Per generalem conſuetudinis derogationem in præſenti promulgatam conſuetudo appellandi de Vicario Archiepiſcopi Toletani ad eiuſdem Conſilium ſublata non videtur.*

Lex, vel ſtatutum per quacumque verba prohibens *conſue*

Digitized by Google

conſuetudinem, immemorialem non cēſetur excludere. ibidem.

10 *Licentiatus Hieronymus de Zeuallos laudatur.*

11 *Prohibita conſuetudine etiam longiſſima, immemorialis non cenſetur ſublata.*

12 *Licet conſuetudo immemorialis per noſtrum c. 2. cenſeretur prohibita, tamen adhuc appellatio de Vicarijs generalibus Toletani Præſulis ſuſtinetur.*

13 *Præſens Boniſacij decretalis d. c. 2. in Archiepiſcopatu Toletano admiſſa non fuit.*

14 *Leges ſubditos non aliter adſtringunt, quàm ſi à populo recipiantur, & eius iudicio recepta ſint.*

15 *Lycurgi Lacedæmoniorum legiſlatoris memorabile factum adducitur.*

16 *Solonis dictum refertur.*

17 *Gloriatur Iuſtinianus quòd quædam lex ab ipſo promulgata, vſu recepta fuerit.*

18 *Leges poſt promulgationē protinus vires accipere, nec vlla populi receptione indigere plures tenuerūt.*

19 *Lex à populo non recepta ſubditos non obligat, ſi per duos, vel tres contrarios actus legiſlatore ſciente à populo recepta non fuerit, & num. 22.*

20 *Præſens decretalis d. c. 2. Summis Pontif. ſcientibus, & non contradicentibus in Toletana diœceſi admiſſa non fuit.*

21 *Ad deſuetudinem introducendam decem anni ſufficiunt, per quos populus exſteterit quod leges noluerit recipere.*

22 *C. fin. de conſuetudine interpretatur.*

23 *Facilius fieri aliquid impeditur, quàm iam factum rumpitur.*

Ee Tertio

Tertio eadem ſententia fulcitur, & cor-
1 roboratur, nam licèt omnia à nobis ſu
perioribus fundamentis adducta ceſ-
ſarent (quæ, ni noſtra nos fallit opinio, vera ſunt)
& Patriarchalem, ſeu Primatialem Hiſpaniarũ
dignitatẽ ab Illuſtriſsimo Toletano noſtro An-
tiſtite abſtraheremus, ipſeque ſola Archiepiſco-
pali dignitate frueretur, nihilominus tamen ad
eum de ſententia Vicariorum ſuorum genera-
lium, vel ad eius Conſilium appellari poſſe, no-
ſtri textus deciſione non obſtante, legitimè à
nobis probãdum erit. Nec diu in hac obligatio
ne morabimur, ſi perpẽdamus Archiepiſcopum
Toletanũ (prout notiſsimum eſt) ex longiſsima
quadam conſuetudine, cuius initium longè ab
2 hominum memoria diſtat, Conſilium, ſeu audi
torium poſſediſſe, ad quod de ſententijs Vica-
riorum ſuorum generalium appellabatur. Quę-
3 quidem conſuetudo cum notiſsima ſit, vlla non
indiget probatione, ſed eam allegare ſufficit ar-
gumento tex. in l. cum ſeruo 63. ff. de contrah.
emp. l. 1. § ſi intelligatur, & l. quæritur 14. verſi.
ſi nominatim cum ſimilibus, ff. de edilit. edict.
Aymon Crauet. conſ. 137. num. 5. vol. 1. Hyppol.
Riminaldus 1. part. conſi. 35. num. 21. Ant. Nata.
lib. 2. conſi. 304. num. 5. Federic. Scothus, conſi. 5
num. 9.

Digitized by Google

num. 9. vol. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1372. num. 17. vol. 3. Petrus Surdus conſ. 371. num. 44. cum ſequentib. vol. 3. Dubium quidem non eſt immemorialem hanc cõſuetudinem multo antequam Bonifac. VIII. præſentem decretalem conderet introductam fuiſſe, quod ex eo manifeſtè conſtat, nam tex. noſter, vti ex eius inſcriptione apparet, conditus, ac editus fuit à Bonifacio VIII. Romano quondam Antiſtite, 5. nonas Maij, anno 4. Pontificatus eiuſdem, qui currentibus annis Domini 1298. enumerabatur, vt clare patet ex data libri ſexti, & ex his, quæ ibidem tradit Ioannes Andr. in gloſ. verbo anno 4. & Victorius Valdinus in chronolog. Eccleſiaſtica, in vita eiuſdem Bonifacij, pagin. mihi. 195. Conſilium vero in hac Imperiali ciuitate, etſi de eius initio non conſtet, apparet tamẽ plures ante annos, quàm noſtri tex. deciſio ederetur, Archiepiſcopos Toletanos habuiſſe: quia plura monumenta, & reſcripta antiquiſsima, quæ *prouiſiones* vulgò nuncupamus, aſſeruantur in archiuo Conſilij, & dignitatis Archiepiſcopalis expedita per prædictum Conſilium, & ea præcipuè reſcripta inueniuntur à tẽpore Illuſtriſsimi D. Roderic. Ximenez de Rada belli, & litterarum gloria illuſtris, qui per obitum Martini Lopez cog-

4 5 6

nomento Piſuerga, functi anno 1208. Toletanus Præſul fuit creatus; & anno ſequenti 1212. prælio inſigni Nauarum de Toloſa interfuit, in quo vt excellentiſsimus, ac maximè ſtrenuus fidei defenſor, & propugnator exſtitit: vbi etiam
7 & Conſiliarios ſecum habuit: nam ipſius moris erat, vt vbicumque iret, eum ſequerentur, vt refert Toletanus noſter & Ciuis & Canonicus eruditus Doctor Petrus Salazar à Médoça in Chronico Cardinalis Ioannis Taueræ, c.54. ad finem. Ac poſtea fatalem diem obijt anno 1246. vnde cum inter hæc tempora maxima annorum diſtantia adſit, cum à morte Illuſtriſsimi Roderici
8 Ximenez, qui Conſilium habebat, ad quod de eius Vicario generali appellabatur, vt diximus, vſque ad tempora deciſsionis huius tex. 52. anni tranſierint, vt ex his, quæ tradidimus facilis ſupputatio ſumitur. Credere autem, aut aſſerere difficile non erit, de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eiuſdem Conſilium legitima, & euidenti ratione prætextu immemorialis conſuetudinis, cuius initium vetuſtatis tenebris eſt inuolutum, appellationem interponi poſſe.

Nec id per generalis conſuetudinis derogationem à Bonifacio VIII. in præſenti promulgatam

gatam, ſublatum fuiſſe, nec immutatum videri, 9
certiſsimum eſt, quia etiam ſi lex, vel ſtatutum per quæcumque verba generalia excludat conſuetudinem, immemorialem non cenſetur excludere, ob eius maximam prerogatiuam, & excellentiam, vt docet glo. recepta in c. 2. de præſcript. hoc lib. glo. verbo præſcriptione in authentico, vt de cetero commutat, §. de cetero, & ibi Angelus, num. 1. collat. 5. Ripa in l. nemo poteſt, num. 115. ff. de leg. 1. Carol. Ruin. lib. 2. conſil. 13. num. fin. Matthæus de Afflictis, deciſ. 254. nu. 5. Bertrand. conſi. 98. num. 12. Crauet. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia iſta, num. 4. Boherius deciſ. 39. num. 12. Ruin. conſi. 13. num. 30. lib. 2. Roch. de Curt. in c. fin. de præſcript. ſect. 7. concluſ. 6. num. 10. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. num. 12. Couarr. plures referens lib. 3. variar. reſolut. c. 13. num. 5. Auend. reſponſ. 16. num. 1. Pelaez de Mieres de maioratu, 4. parte, quæſt. 20. num. 51. Flores de Mena quæſt. 10. nu. 44. Emanuel Rodrig. quæſtionum regul. 1. tom. quæſt. 9. artic. 1. Ant. Gabr. lib. 1. commun. opin. titu. de præſcript. concluſ. 1. num. 27. verſi. contrarium, & cum alijs pluribus reſoluit Ioan. Gutier. pract. quæſtionum, lib. 3. quæſt. 77. num. fin. Tiber. Decianus tom. 2. reſponſ. 44. num. 19.

Rolandus à Valle, conſi. 59. num. 17. lib. 4. Otalora de nobilitate, 3. part. c. 7. num. 11. Caſſaneus in conſuet. Burgund. rubr. 9. titu. *deſmains mortes*, §. 2. in verbo, *Par que el que laps de temps*, nu. 1. Plures tradit Maſcard. de probat. concluſ. 1372. nu. 45. cum ſequentib. vol. 3. doctiſsimus conciuis noſter Hieronymus de Zeuallos Iure Conſultorum noſtræ ciuitatis conſultiſsim. in ſpeculo communium opin. aureo meritò nuncupato, 4. part. quæſt. 897. num. 248. & hanc eſſe veriſsimā opinionem teſtatur Andr. Fachin. lib. 1. conſi. 87. num. 22. cum ſequentib.

Quorum omnium ſententia, vel ex eo ſolùm manifeſtè comprobatur quod ſcriptum eſt in ſacroſanct. Concil. Triden. ſeſ. 22. de reformatione c. 8. ad finem, ſub illis verbis; *Non obſtātibus quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto.* Quo in loco S. ſynodus ad excludendum immemorialem conſuetudinem non ſolùm ſcripſit, *Quacumque cōſuetudine* (quaſi his verbis licèt generalibus non comprehendatur) ſed etiam immemorialē expreſsit, vt videretur excluſa, ita & ſimiliter expendit Azeued. legē 2. titu. 25. lib. 4. recop. num. 10. facit declaratio Cardinalium ad ſacroſanct. Concil. Trident. ſeſ. 24. de reformat. c. 20. vbi cum ſancta Synodus diſpoſuiſſet,

Digitized by Google

poſuiſſet, vt cauſſæ omnes ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur, & non coram alijs, licèt quibuſcumque conſuetudinibus fuerint muniti; ſacra, inquam, congregatio decreuit dictum S. Concilij Trident. decretum generaliſsimis illis verbis immemorialē conſuetudinem minimè ſuſtuliſſe; quam declarationem ſæpiſsimè per Rotam obſeruatam teſtatur Hieronym. Gonçal. reg. 8. chancellar. glo. 33 nu. 5.

Quod adeò procedit, vt etiam ſi tollatur conſuetudo longiſsimi temporis, non cenſeatur ſublata ea, cuius initij memoria in contrarium nõ exſiſtit, vt tenuit Abb. conſi. 26. num. 4. verſi. ſed prædictis lib. 2. conſiliorum, quem ſequitur Crauer. in d. §. materia iſta, num. 43. Sic etiam licèt Bonifacius VIII. in præſenti decreuerit cõſuetudinem appellandi de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum quantocumque tempore defacto ſeruatam conſonam non eſſe rationi, ex hoc immemorialem conſuetudinem non videtur excludere, quam Archiepiſcopi Toletani ante huius ex. promulgationem habebant, ac poſtea nulla intermiſsione interueniente ad hunc vſque diem continuarunt, qua mediante optimo iure prædictum 11

dictum Conſilium obtinent, ad quod eadem immemoriali conſuetudine receptum eſt, vt appellatio de generalibus eiuſdem Archiepiſcopi Vicarijs, tãquam ad alium ſuperiorem iudicem legitimè interponatur.

Vnde licèt in contrariam ſententiam flecte-
12 remur, & generali lege, vel ſtatuto conſuetudinem prohibẽte, non ſolùm ordinariam, verùm immemorialem cõſuetudinem tolli fateremur, inde tamen non proueniret appellationem de Vicarijs generalibus Toletani Præſulis, quæ ad eius Conſilium interponitur, prohibitam fuiſſe, cum in hac noſtra Toletana ciuitate, vt ſupra probauimus, plures annos ante promulgationẽ huius tex. prædictũ Conſilium erectum, & conditum fuerit, vt ad id à ſentẽtijs Vicariorum generalium, tãquam ad ſuperiorem appellaretur, quod poſt eiuſdem tex. promulgationem minimè variatũ, aut immutatũ fuit, verùm Imperialis hæc ciuitas, & omnis eius Archiepiſcopatus diœceſis, prædictæ Bonifacianæ deciſsioni reluctantes nequaquam eam admittentes diu, ac ſemper in poſſeſsione Conſilium habendi perdurarunt, ita vt ſi quis per ſententiam Vicariorum generaliũ condemnaretur, à grauaminibus ſententiæ, abſque vlla intermiſsione ad Conſiliũ prædi-

Digitized by Google

prædictum appellaret, in quo exceſſus Vicariorum generalium tanquam ſuperiores per viam appellationis Auditores corrigebant, & emendabant. Qua propter licèt cõſuetudo immemorialis per generalem legem, ſiue ſtatutum damnantem conſuetudinẽ derogari videatur; ſicque per noſtrum textum ea, quæ in ciuitatem Toletanam immemoriali tempore introducta fuerat, ſublata cenſeretur; nihilominus tamen iure optimo de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad Conſilium eiuſdem appellatio interponi poterit; quia cum prædicta Pontificalis
deciſsio à Bonifacio VIII. promulgata huius ci- 13
uitatis, atque totius diœceſis conſenſu, nec confirmata, aut moribus vtentium comprobata fuerit, vim legis habere nequijt: leges enim nequa-
quam ſubditos adſtringunt, vel obligant ſi à po 14
pulo ipſo non recipiantur, l. de quibus 32. ff. de legib. *Nam cum ipſe leges* (Iulianus ait) *nulla alia ex cauſſa nos teneant, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt, &c.* Pro quo etiam expendi poteſt, l. 1. eodem titul. vbi ad eſſentiam legis Reipublicæ, id eſt, ſubditi populi, communis ſponſio, & approbatio requiritur; faciunt verba à Gratiano addita, licèt nonnulli minus rectè diuo Auguſtino tribuant in c. in iſtis 3. §. leges 4. diſtinct.

Ff ibi

ibi: *Leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium comprobantur.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret, vim legis promulgatas leges non accipere, niſi dum à populo recipiuntur & conſenſu ciuium comprobantur. Idque Theleſphori Papæ exemplo comprobat Gratianus ibidem, ſub illis verbis: *Vnde illud Theleſphori Papæ, qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquageſima à carnibus, & delitijs ieiunent, quia moribus vtentium approbatum non eſt, aliter agentes tranſgreßionis reos non arguit.* Quæ cum ſciret, ac prudenter cognoſceret magnus ille Lycurgus primus Lacedæmoniorum legislator, nec aliter leges ſubditos adſtringere, quàm ſi ab ipſis receptæ fuiſſent, cum optimas leges condidiſſet, eaſque Lacedæmonijs acceptare renuentibus tradidiſſet, populum iuramento adegit, ſe contra ipſas non iturum quoad Delphis ipſe redijſſet, profectus igitur vt leges ſuas perpetuas & æternas faceret, decreuit potiùs perpetuò à patria ſe exſulaturum, quàm redeundo Lacedæmoniorum ſalutem, quæ legibus illis conſtabat, in diſcrimen adduceret; & ne mortuo eo oſſa in patriam reportantes Lacedæmonij ſe ſacramento ſolutos arbitrarentur, illa in mare proijci iuſſit, vt ſic non redeundo perpetuis legibus obli-

garen.

Digitized by Google

rentur, quaſi aliàs ligati non fuiſſent, niſi eas acceptaſſent; hinc Solon interrogatus, quas leges 16
optimas condidiſſet Athenienſibus, eas ſe iudicare optimas, reſpondit, quibus populus vteretur. Nec modicum ſibi Iuſtinianus arrogauit 17
Nouel. 39. eo quod quædam lex ab ipſo promulgata vſu recepta fuerit, quaſi ad vim, roburque legis id maximè conducat, quam ſententiam tenuerunt glo. in c. 1. verbo frangere, de tregua, & pace, cuius meminit Iaſſon, in l. rem nõ nouam, C. de iudicijs, Henriq. Bot. in tractatu de Synodo Epiſcoporum, artic. 2. num. 51. docent Abb. & communis relata à Felino in c. 1. à num. 6. & nu. 12. verſi. intellige quarto de treg. & pace, Dominic. in d. §. leges, Aretin. in conſi. 54. quem ſequitur Ant. Baueria, in rubr. in ſtit. de teſtamen. num. 11. relatus à Dueñas, in reg. 79. ampliat. 5. Mart. Nauarr. in manual. c. 23. num. 41. & lib. 1. conſil. titu. de conſtitut. quæſt. 5. Guilierm. Benedict. in repet. cap. Raynunt. verbo & vxorem nomine Adelaſiam, num 229. Rebuf. in proem. leg. Gallic. titu. 1. num. 11. & 12. qui in Gallia ita obſeruari teſtantur, communem dicit Couarr. lib. 2. variar. c. 16. num. 6. verſi. quinto ſunt, Caiet. verbo excõmunicatio, c. 75. §. nota ſecundo, Manuel Rodrig. quæſtionũ regular. 1. tom. quæſt. 6.

artic.10.Maior.in 4.diſt.14.quæſt.4.§.contra ſecundam, Driedo de libert. Chriſtian.lib.1.c.9. conſiderat.2. ſumma Armil. verbo lex. R. Manuel Saâ eodem verbo,nu.1. cum pluribus alijs relatis à Vazquez 1.2. tom.2. diſput. 156.c.5.nu. 34.cum ſequentib. Si enim latæ legis nexu neque adſtringũtur ciues,neque ad eius obſeruantiam obligantur,niſi ab ipſis receptæ,aut approbatæ fuerint;trahitur in ſequelam legem Pontificiam appellationem de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum interdicentem,nec conſuetudinem ſuper hoc alicuius temporis curſu tolerantem, in hoc Archiepiſcopatu Toletano nullatenus admiſſam,ſeu receptam,vim legis obtinere nequijſſe, & perconſequens appellationem, quæ tot retro ſeculis interponebatur, & in hunc vſque diem interponitur,legitimam fuiſſe, ac rationi conſonam,vt potè tanquam communi iuri non contrariam,cum prædicta lex Pontificia quoad Archiepiſcopatum hunc perinde habeatur,ac ſi nunquam edita fuiſſet.

Nec me fugit, contrariam ſententiam leges
18 nempe ſtatim obligandi vires habere poſtquam promulgantur, nec vlla populi receptione, aut approbatione indigere,vt veriorem,& receptiorem tenuiſſe Archidiaconũ in d.§.leges Cardina-

Digitized by Google

nalem in proemio Clementin. verſi. vniuerſitati per tex. in c. de liguribus 23. quęſt. 5. Turrecrem. in c. erit autem lex, in verſi. ideo, num. 2. diſtin. 4. Silueſt. etſi ſuboſcurè loquatur, verbo lex, quęſt. 6. dicto. 4. Angel. in ſumma, eod. verbo, num. 4. Gregor. Lopez in l. 16. titu. 1. part. 1. gloſ. 4. verbo *el pueblo.* Burg. de Paz in proem. leg. Taur. à nu. 299. ſubtiliter Vazquez qui plures allegat 1. 2. tomo 2. diſput. 156. c. 5. num. 36. cum ſequentib. & licèt non ignorem maximam inter DD. diſceptationem ortam fuiſſe in exquirendo vtra harũ opinionum verior exſiſtat, nulla tamen dubitatio eſt, quin in caſu propoſito prior ſententia receptior, iùrique magis conſona ſit: nam vt ipſimet, qui contrariam ſententiam tenent, fatentur, tunc lex à populo non recepta nequaquam ſubditos ad eius obſeruantiam obligat; quando lex promulgata per aliquot actus cõtrarios duos ſcilicet, vel tres Principe, id eſt, legislatore ſciente, & non contradicente à populo recepta non fuerit, nam tunc cum ipſe Princeps id vetare potuiſſet, & nõ vetuerit legem ipſam abrogare, & huiuſmodi contrauentioni, & inobſeruantiæ acquieſcere cenſetur, vt optimè docuerunt glo. & ibi Abb. & communis in d. c. 1. de treg. & pace, Ioan. de Immol. Anchar. Annan. Oldral. &

19

12

 alij

alij innumeri relati à Felino in d.c.1.num.6.verſ.
lex noua,Gregor.Lopez,Burg.de Paz,Emanuel
Rodrig.Silueſt.& Vazquez,vbi ſupra,& optimè
Azeuedo in l.3.titu.1.num.23.lib.2.recop. Certũ
quidem, ac indubitatum eſt, prædictam Bonif.
20 VIII. deciſsionem Summis Pontificibus ſcien-
tibus, & non contradicentibus nullatenus ad-
miſſam,aut receptam fuiſſe,vt latiùs infra in fun
damento quinto dicemus. Igitur prædicta deciſ
ſione tanquam non recepta minimè obſtante
legitimè in ciuitate Toletana,& eius diœceſi ap
pellatio de vicarijs Archiepiſcopi ad Conſilium
eiuſdem interponitur.

Rurſus licet in caſu præſenti de ſcientia, vel
patientia Pontificum non conſtaret,prædictum
tamen Bonifacij decretum etiam pro non con-
dito in hoc Archiepiſcopatu Toletano haberi
debet,quia quando de ſuperioris ſcientia,& pa-
tientia non apparet, ad deſuetudinem introdu-
21 cendam decem anni ſufficiunt quorum ſpatio
populus leges noluerit recipere, vt ex Immol.
Cardin.Præpoſ.& alijs reſoluit Gregor.Lopez in
d.l.16.titu.1.par.1.glo.4.verbo *el pueblo*,Gutier.
lib.1.canonic.quæſt.8.nu.3.docet Felinus vbi ſu
pra,num.13.aduerſus Panormit.quadraginta an
nos ad id neceſſario requiri exiſtimantem, Iaſ.

in

Digitized by Google

in l. rem non nouam, num. 9. C. de iudic. qui ean dem ſententiam tuetur difficultati obuians, quę oriri videbatur ex Gregor. IX. decretali in c. fin. 22
iuncta glo. verbo legitimè, extra de conſuetudine, tex. illum inquiens prædictæ ſententiæ non obeſſe in eo quòd quadraginta annorum ſpatiũ ad legis canonicæ derogationem neceſſario requirat, cum ibi Gregor. loquatur de lege iam recepta ad cuius derogationem vberius annorum ſpatium, quàm ad non receptæ legis inobſeruãtiam introducendam deſideretur, faciliùs enim aliquid fieri impeditur, quàm iam factum rum- 23
pitur iuxta vulgare illud,

Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

Eandem ſententiam tenuerunt Couarr. d. c. 16. num. 6. verſi. quinto ſunt, Emanuel Rodrig. q. 11. & alij vbi ſupra.

Vnde cum in hac Imperiali ciuitate, & vniuerſa eius diœceſi non per decennium tantùm, ſed pluribus annis ante prædictam Bonifacij deciſſionem, & vſque adhuc poſt eius promulgationem recepta non fuerit, vt ex contrario, & immemoriabili vſu planè conſtat, neceſſariò in conſequentiam venit dicendum, decretum hoc Bonifacij VIII. nullam vim habere potuiſſe ad impediendam appellationem, quæ tam longo tem

poris

poris curriculo abſque vlla interpellatione de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad ipſius Conſilium interponi conſueuit.

QVARTVM FVNDAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *SVmmi Pontifices lege, aut particulari priuilegio poſſunt indulgere, vt de Vicarijs Archiepiſcopi Toletani ad ipſius Conſiliũ appelletur.*

2 *Summus Pontifex eſt ſupra ius commune.*

3 *Quæ lege aut priuilegio decerni poſſunt, immemoriali conſuetudine induci queunt.*

4 *Conſuetudo immemorialis legis, & priuilegij vicem, & æqualem vim obtinet.*

5 *Communis intellectus l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiu. refertur.*

6 *Præſumptio, quæ reſultat ex immemoriali conſuetudine, dicitur iuris & de iure.*

7 *Conſuetudo immemorialis potentior eſt priuilegio.*

Ius quæſitum per conſuetudinẽ immemorialem diffiliciliùs, quàm ius competens ex priuilegio tollitur. ibidem.

8 *Plura, quæ priuilegio concedi non poſſunt immemoriali conſuetudine quæruntur.*

9 *Conſuetudo immemorialis priuilegio ex certa ſcientia à Principe conceſſo æquiparatur.*

10 Im-

10 Immemoriali conſuetudine probata meliorem titulũ de mundo quemquã habere dicunt interpretes.

11 Conſuetudo immemorialis Principum poteſtati, quando legitimè, & cum cauſſa diſponunt, aſsimilatur.

12 Per conſuetudinem immemorialem reſeruata Principi inſignum ſupremæ poteſtatis, acquiruntur.

13 Imperatores Romani in quampluribus Italiæ partibus per immemorialem conſuetudinem regalia amiſſerunt.

14 Quidquid ſtatuto decerni poteſt, & conſuetudine induci valet.

15 Conſuetudo immemorialis maiorem vim, quam ſtatutum obtinet.

16 Feltri ſtatuto diſpoſitum eſt, vt de Vicario Poteſtatis ad Poteſtatem ipſam appelletur.

17 Appellatio iure communi non admittitur de Vicario poteſtatis ad poteſtatem.

18 Conſuetudo appellandi de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum tanquam irrationabilis prohibetur.

19 Prohibita cõſuetudine vt irrationabili, vel iniqua, immemorialis etiam ſublata cenſetur.

20 Appellatio de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum prohibetur, quia eorum vnum, & idem tribunal eſt.

21 Appellatio de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum naturæ, & eſſentiæ appellationis repugnat.

22 Ea quæ ſunt contra naturam & eſſentiam alicuius actus conſuetudine immemoriali tolli non poſſunt.

23 Lex, quæ tollit conſuetudinẽ immemorialem, ſi Principe ſciente, vel eo ignorante contraria decem

annorum conſuetudine à populo recepta non ſit, nullam vim habet.

24 *Conſuetudine induci non poteſt, vt de æquali iudice ad æqualem, tanquam ad habentem æqualem iuriſdictionem appelletur.*

25 *Appellatio quæ vſque adhuc de Vicarijs Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſilium defertur, tanquā ad omnino diuerſum iudicem & ſuperiorem interponi conſueuit.*

26 *Conſuetudine introduci poteſt vt de æquali iudice ad æqualem, ſeu inferiorem appelletur, ſi ad eum, vt ad ſuperiorem appellatio deferatur.*

27 *Dummodo diuerſam, & ſeparatam iuriſdictionem habeant, ſecus ſi eandem.*

28 *Vicarij generales, & Conſilium Archiepiſcopi Toletani eandem iuriſdictionem, & vnum tribunal habere videntur.*

29 *Contrarium verius.*

30 *Vicarij generales à lege ordinariam iuriſdictionem habent.*

31 *Conſilium Archiepiſcopi Toletani mandata, & ab Archiepiſcopo delegata iuriſdictione potitur.*

32 *Conſilium Archiepiſcopi Toletani de quibus cauſis in prima inſtantia cognoſcat?*

33 *Conſuetudo non habenti iuriſdictionem tribuit.*

34 *Conſuetudo dat altam, mediam, baſſam, & imperioſam iuriſdictionem.*

35 *Conſuetudo non ſolùm maſculis, ſed etiam fœminis iuriſdictionem tribuit.*

36 *Fœminæ præcellētes in partibus Gallicanis ex conſuetudine ordinariam iuriſdictionem adeptæ ſunt.*

37 *Et*

Digitized by Google

37 *Merum mixtumque imperium immemoriali conſuetudine non Principi quæritur.*

QVarto offert ſe in aſſertionem prædictæ ſententiæ adeô euidens, ac ſubtile argumentum, vt per ſe pondus totius negotij ſubſtinere valeat. Negari enim non 1
poteſt, quin Romani Pontifices lege aliqua particulari, vel ſpeciali indulto, aut priuillegio decernere, & ſtatuere poſsint, vt de Antiſtitis Toletani Vicarijs, Bonifaciana deciſsione nil refragante, ad eundem vel ad eius Conſilium appellatio interponatur, nam cum huiuſmodi appellationis prohibitio naturali, aut diuina lege inducta non ſit, ſed tantûm poſitiuo iure nitatur, abſque dubio fatendum eſt contrarium Romanos Pontifices lege aliqua, vel particulari indulto legitimè decernere potuiſſe, cum eorum 2
ſuprema dignitas, & poteſtas ſit, & ſupra ius commune verè conſtituti dicantur, c. cuncta per modum, c. per principalem, 9. quæſt. 3. elegans tex. in c. propoſuit, verſi. licèt autem, extra de conceſ. præbend. cum ſimilibus.

Porrò dubitandum non eſt, ea omnia, quæ 3
lege, aut priuilegio decerni poſſunt, immemoriali cōſuetudine inducta tolerari, & veluti lege

lata firmari; quia conſuetudo immemorialis, legis, & priuilegij vicem, & æqualem obtinet dignitatem, c. ſuper quibuſdam 26. §. præterea de verborum ſignificat. vbi Pontifex in functionibus, quas quis agnoſcere ſolet ex cauſſa Tesseræ Publicæ ſecuritatis, vel ratione tranſitus, quæ ab ipſo Guidagia, & Pedagia vocantur, item de ſalinis conſuetudinem antiquam, cuius non exſtat memoria, comparat cum priuilegio Imperatorum, Regum, vel Concilij largitione conceſſo.

Et fulcitur hæc eadem opinio ex l. hoc iure,
5 §. ductus aquę, ff. de aqua quotid. & æſtiu. ſi ad communem intellectum reducamus, quem ſectati fuere Conan. Comment. iur. lib. 4. c. 12. Petrus Gregor. in ſyntagm. iur. 1. part. lib. 4. c. 15. num. 3. GilKenius in §. ferè inſt. de rerum diuiſ. & in tract. de præſcript. 2. part. memb. 1. c. 10. nu. 28. cum ſequentibus. Franc. Marquez Gaeet. egregius noſtri ſeculi Iuris Conſultus, in repet. l. quo minus de fluminibus. in verſic. finali, Fachin. controu. iur. lib. 8. c. 22. At de fluminibus, nemo ſtatuere poteſt, niſi Imperator, c. vnico quæ ſint regal. d. l. quo minus de fluminibus, l. vſum aquę. C. de aquę ductu, lib. 11. Porrò ſi quis tanto temporis ſpatio aquam duxerit, vt initia deri-

deriuandis ex omni antiquitate erui nō poſſint, is in ea cauſſa cenſebitur, ac ſi priuilegio inſtructus id feciſſet d. §. ductus aquæ, ſi coniungatur cum l. 1. §. permittitur eodem titu. Quæ immemorialis conſuetudinis, & priuilegij identitas, & æqualitas ex d. §. ductus aquæ adhuc comprobabitur, ſiue cum communi ſuperius adducta malimus Papinianum de aqua ex flumine publico ducenda intelligere, ſiue de ea, quæ ex priuato loco deriuatur accipiamus cum Hugone Donello comment. iur. ciuil. lib. 11. c. 9. & in l. 2. C. de ſeruitutibus in operibus poſthum. Anto. Fabro coniectur. iur. lib. 19. c. 9. 10. & 11. quos nouiter ſequitur latè de huius tex. interpretatione agens Gaſpar Squiford. admirabilis ſcientiæ vir, lib. 1. titu. 5. quæſt. 1. ſiue cū Reuard. lib. ſing. ad l. Scriuoniam, & in Tribonianum, c. 9. aut cum Hieronymo Heleno diatribarum iur. lib. 2. cum alijs pluribus ab eod. Squiforde. d. titu. 5. in princip. relatis: nam quamlibet ſequendo interpretationem, nil ſanè impedit quin ex d. l. probetur, quod ductus aquæ, cuius origo memoriam exceſsit, iure conſtituti, aut priuilegij cauſſa adquiſitus cenſeatur. Huc etiam optimè facit tex. in c. 1. de pręſcript. hoc lib. c. contra morem, diſtin. 100. c. conqueſtus 9. quæſt. 3. l. 1.

in fin. l. in ſumma, in princip. ff. de aqua plu. arcend. l. fin. C. vt veſtigal. noua, cum alijs, quæ tradit gl. verbo non exſtat, in d. c. ſuper quibuſdã, §. præterea, de verbor. ſignific. & in c. fin. verbo Epiſcopus 18. quæſt. 2. & alijs iuribus hanc ſententiam tuetur Bart. Hoſtienſ. Andr. Abb. & quam plures alij, quos plenè cumulat Ant. Gabri. communium concluſ. iur. lib. 5. concluſ. 1. num. 1. 2. 3. 44. 62. & 65. quibus adde Ancharr. conſi. 50. incipienti conſuetudo, Oldrald. conſi. 172. & conſil. 146. in fin. & conſil. 254. num. 8. verſic. 5. opponitur, Lucã de Pena. in l. viros 8. num. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Curtiũ iunior, lib. 3. conſi. 206. nũ. 46. Auguſt. Beroium conſil. 3. num. 4. & conſi. 81. num. 14. 23. & 24. vol. 1. & conſi. 152. nũm. 8. & conſi. 177. num. 1. vol. 3. Roland. à Valle, conſi. 66. num. 40. & 44. lib. 2. & conſi. 100. num. 104. lib. 4. Ferret. conſi. 141. num. 3. Tiber. Decian. conſi. 11. num. 168. vol. 1. & conſi. 44. num. 18. & conſil. 51. num. 37. vol. 2. & conſi. 36. nu. 24. vol. 5. Thomam Grammat. conſil. 98. num. 3. Natam, lib. 1. conſil. 154. nu. 6. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. num. 38. Rebuf. 3. tomo comment. ad ll. Gallic. titu. de conſuetudine in præfatione num. 95. And. Gail. lib. 1. obſeru. 85. num. 6. & 7. Molin.

Digitized by Google

de Hiſpan. primog. c. 6. num. 12. cum ſequentib. Burg. de Paz conſi. 15. num. 12. Ant. Cuch. lib. 1. inſt. maiorum, titu. 9. de conſuetudin. num. 145. Vellug. in ſpecul. Princ. rubr. 29. §. in beneficijs, num. 9. Petr. Omphalium, lib. 1. polit. ciuil. c. 58. num. 12. Gregor. Lopez in l. 2. titu. 7. part. 5. nu. 2. Didac. Perez glo. 1. col. 1. ad fin. in l. 6. titu. 13. lib. 3. ordin. Marta, de iuriſdictio. 1. part. c. 12. num. 3. Morl. in empor. iur. titu. 2. de iuriſdict. omnium iudic. in princip. num. 5. Fach. lib. 1. conſi. 26. nu. 29. doctiſsimum Hieronym. Gonçal. in reg. 8. chancel. gloſ. 35. num. 19. nouiſsimè Fontanel. admirãdæ iuris prudẽtiæ virũ, de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 28. Illuſtriſs. Cardin. Thuſcũ pract. concluſ. iuris, litter. C. concl. 808 num. 1. & 2. noſtrum Hieronym. de Zeuallos, 4. tom. pract. quæſtionum, quæſt. 897. in 2. titu. Regis, num. 213. cum ſequentib. Hinc ait Felin. in c. cum nobis de præſcript. quod præſumptio 6 reſultans ex immemoriali conſuetudine dicitur iuris, & de iure, Sabilia. conſ. 21. col. 4. vol. 1. Ant. Gab. vbi ſupra, num. 50. Ioan. Garçia de expenſis, cap. 9. num. 20.

Imò conſuetudo potẽtior eſt priuilegio, nam 7 ius quæſitum per conſuetudinem memoriam hominum excedentem difficiliùs, quàm ius

compe-

competens ex priuilegio tollitur, vt ex Innocentio in c. accendentibus, verſi. vnde ſic fortè de priuileg. Felin. qui hoc ſingulare dictum appellat in c. accedente, col. 5. de præſcript. & ex Curtio iuniori tradit Crauet. de antiquit. temporũ,
8 1. part. c. 2. num. 41. Multa enim, quæ priuilegio concedi non poſſunt, immemoriali conſuetudine adquiri valent, vti alijs relatis docet Fontanella d. glo. 2. num. 29. Et vt inquit Baldus in c. 1. num. 3. quæ ſint regalia, in vſibus feudorũ; conſuetudo hæc temporis longiſsimi, de cuius initio memoria in contrarium non exſiſtit, priuile
9 gio ex certa ſcientia à Principe conceſſo æquiparatur, allegans textum in d. c. ſuper quibuſdã, §. præterea, iuncta glo. verbo non extat de verborum ſignificatione. Idem docet glo. celebris in d. c. conqueſtus 8. verbo conſuetudo, 9. q. 3. & in c. fin. verbo vſque ad hoc tẽpus 18. quæſt. 2. Iaſſon in. l. de quibus, num. 43. ff. de legibus, Speculat. in §. quia vero, verſi. quid de colligentibus num. 14. de cauſ. poſſeſ. & prop. Nata alios referens conſi. 640. num. 34. lib. 3. Ludouic. Molina de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 6. num. 3.

Qua immemoriali cõſuetudine probata me-
10 liorem titulum de mundo (vt cum noſtris loquar) quis habere dicitur, vt latè tradit Anton.

Gabr.

Gabr.vbi ſupra, num.45. cum ſequentib. & vt miſſos faciam,quos ipſe refert,hanc ſententiam ſecuti ſunt Rota deciſ.4. num.2. de teſtibus, in antiquis,& deciſ.717.num.2.par.1.diuerſorum, Bertrand.conſi. 120. nu.3.vol.2.Goçad.conſi.8. num.37.Puteus lib.1. deciſ.205. num.2. & 3. Pariſ.conſi.111.num.43.& 49.& conſi.27.num.77. vol.1. Hieronym. Gabr. alios referens conſi.88. num.17.lib.1.Gonçal.in regul.8.chancellar.glo. 33.num.4.

11 Cuius conſuetudinis tanta vis eſt,vt poteſtati Pontificis,Imperatoris, vel Regis, quando legitimè, & cum cauſſa diſponunt, æquiparetur, And.de Iſernia,in c.1.verſi.flumina, nu.7. quæ ſint regalia,in vſibus feudorum, Iaſ.in l. quominus,num.42.ff.de flumin. Anto. Gabr. d.lib.5. communium concluſ. iur.concluſ. 1. num. 67. Gonçal.alios referens vbi ſupra,glo.33.nu.4.

12 Per hanc denique longiſsimam conſuetudinem etiam reſeruata Principi inſignum ſupremæ poteſtatis adquiruntur, Ant.Gabr.pluribus relatis d.conclu.1.num.3. quibus adde Oſaſcum deciſ. Pedemont. 16. num.4. Burſat. conſil.41. num.1.7.& 8. Villal. communium opin. verbo præſcriptio,num.120.Borchol.c.vnico quę ſint regal.nu.15.& 17. Eningius God.conſi.3.nu.24.

Digitized by Google

& conſi.32.num.8.Craue.conſi.54.num.8. & de antiquit.temp.4.part.§.abſolutis,num.14.Rimi nald.conſi.72.num.123.vol.1.Lofred. conſil.40. num.48.Phichard.lib.14. commun. opin. pag. 282.col.1.poſt mediũ, Ant.Nata lib.2. conſi.283. num.1.Menoch.plures referens conſil.2. nu.71. vol.1. Scot.tom.1.reſponſ.lib.4.reſpon.12.num. 14.Idem tom.2.lib.8.conſi.16.num.11.Imperato
13 res itaque Romani in quampluribus Italiæ partibus per immemorialis temporis curriculum Regalia amiſiſſe teſtatur Alexan.conſi.16.vol.5. quem citat Ferret.conſi.141.num.3.

Si enim lege, aut Pontificio priuilegio ſecluſa Bonifacij VIII. deciſione de qua in præſenti induci potuit, vt de Vicarijs Epiſcopi, vel Archiepiſcopi ad eoſdem appellaretur, cum ſupra ius communes Pontifices cõſtituti dicantur, ita vt in eo ad libitum diſpenſare valeant; & conſuetudinis antiquitus ſeruatæ, cuius primordia vetuſtas obruit, tanta vis ſit, vt ius faciat, leges imitetur, habeat vim tituli, inducat priuilegium, & eo potentior ſit, ac denique per eam inſignum ſupremæ poteſtatis Principi reſeruata à nõ Principe præſcribantur, non immeritò exinde colligitur à ſententijs per Vicarios generales Archiepiſcopi Toletani promulgatis ad eiuſdem Archie-

chiepiſcopi Conſilium rectè prouocari, noſtra Bonifaciana deciſione nihil reluctante, cum id conſuetudine omnem hominum memoriam progrediente, tanti temporis decurſu munita introductum fuerit, & illud conſuetudine immemoriali acquiri poſsit, quod & priuilegio conſequi valeat.

Deinde in ſuperiorum confirmationem accedit hæc conſideratio, nam quidquid ſtatuto decerni valet, id etiam, & conſuetudine introduci poſſe dubium non eſt, vt tradit Baldus, conſi. 249. incipienti, ſi hoc quæritur nu. 3. in fin. lib. 5. Alexan. conſi. 52. viſis his, num. 7. verſic. ſi ergo, vol. 5. Federic. de Senis conſil. 17. num. 3. verſic. præterea conſuetudinis, & conſi. 277. nu. 1. circa fin. verſi. ſecūdo probatur, Crau. cōſi. 137. nu. 3. Hyppolit. Riminal. tom. 1. conſi. 55. num. 6. Ruinus conſi. 156. incipienti, primo videndū, nu. 8. lib. 4. Thuſcus plures alios enumerans communium concluſ. iuris litter. C. conclu. 806. num. 8. & conclu. 810. à num. 1. cum ſequentibus. 14

Imò conſuetudo maiorem vim & poteſtaté, quam ſtatutum obtinet, vt ex Calcaneo, Decio, & alijs docuit Crauet. de antiquit. temp. 1. part. c. 1. num. 42. Alexan. d. conſi. 52. num. 7. vol. 5. & conſi. 119. num. 9. verſi. quia pari, vol. 6. Felinus 15

in c. quod ſuper his, num. 10. verſi. ſed profectò, de maioritate, & obed. Riminal. d. conſi. 55. Nata lib. 2. conſi. 447. nu. 12. Franc. Marq. Gazeta in repetitione l. quominus, in fin. ff. de fluminibus, Thuſcus vbi ſupra, conclu. 810. num. 7. Gonçal. in regul. 8. chancel. glo. 45. §. 1. nu. 78. At ſtatuto decerni poteſt, vt de Vicario Poteſtatis ad Po-
16 teſtatem ipſam appelletur, prout Feltri ſtatuto diſpoſitum teſtatur Immol. conſi. 120. per totū, quem refert Cardin. Thuſc. pract. concluſ. Iuris,
17 litter. A. conclu. 352. nu. 90. & tamen de iure cōmuni non admittitur appellatio de Vicario Poteſtatis ad ipſam Poteſtatē, quia idem, & vnum tribunal conſtituunt vt Epiſcopus & Vicarius, vti ipſe Immola, ibidem docet. Igitur licèt iure communi inſpecto ad Archiepiſcopum Toletanum de ſententia Vicariorum ſuorum prouocari non poſſit, tamen cum hoc conſuetudine immemorialis temporis præſidio fulcita in Archiepiſcopatu Toletano vſitatū fuerit, rectè interponetur appellatio de Vicarijs generalibus ad Archiepiſcopum Toletanum, ſiquidem id ſtatuto poteſt induci, quod conſuetudo æqueat, & vt rectiùs dicam, ſuperat.

In propugnationem tamen huius articuli duplex ſcrupuli offendiculū afferri poteſt. Primum quia

quia appellatio de Vicario Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum conſuetudine, etiam quæ hominũ memoria vetuſtior eſt, & quã nemo viuentium nouerit inſtitutam, ex generali Bonifacij VIII. prohibitione in præſenti induci nõ potuit, nam ſi eiuſdem capitis verba attentè perpendantur, conſuetudinem, qua inducitur appellatio de Vi- 18
cario Epiſcopi ad Epiſcopum, vt iniquam, & irrationabilem Bonifacius deſtruit, & improbat, vt conſtat ex illis verbis; *Non putamus illam conſuetudinem, quantocumque tempore de facto ſeruatam conſonam rationi, quod ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum valeat appellari.* Quibus verbis conſuetudo immemorialis ante, vel poſt promulgationem introductam, prohibitam, & ſublatam fuiſſe, manifeſtum eſt; nam quoties conſuetudo, vt iniqua, vel irrationabilis interdici- 16
tur, & eius curſus impeditur, ex hoc immemorialis conſuetudo omnino ſublata cenſetur, vt ex Aretino, in l. cum ſtipulatus ſim à Proculo, col. 3 de verborum oblig. Rocho de Curt. in c. vltim. de conſuet. num. 1. Felino in c. cum ex officij, num. 13. de præſcript. Tiraquel. de retract. lib. 2. §. 1. glo. 2. num. 25. docet Couar. lib. 3. variar. c. 13. num. 5. verſi. aduertendum tamen erit, Azeued. in l. 3. titu. 1. nu. 21. lib. 2. recop. Gonçal.

Hh 3 regul.

Digitized by Google

regul.8.chancel.gl.33 num.9. vbi Ant.de Butr. Ferdi. Loaces,& plures alios in huius opinionis confirmationem adducit. Igitur quamquam verum ſit, appellationem ex immemorialis temporis curriculo de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eũdem Archiepiſcopum, hoc eſt ad eius Conſilium interponi conſueuiſſe, id tamen parui momẽti videbitur, cũ id immemoriali conſuetudine introduci, per præſentem Bonifacij deciſionẽ damnatum, ac prohitum ſit.

Rurſus ſuperioribus grauiter officit, nam ap-
20 pellatio de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum ideò impeditur, quia cum eorum vnum,& idem tribunal,& auditorum ſit, vt ex tex. noſtro,& d.c. Romana, infra de appellat.cum ſimil. conſtat, atque ita huiuſmodi appellationis interpoſitio
21 naturæ,& eſſentiæ appellationis repugnet, quæ appellationem de minoribus iudicibus ad alios, quibus maior auctoritas,& iuriſdictio eſt, neceſſario poſtulat interponi, vt ex eiuſdem appellationis definitione cõſtat,& ex c.anteriorum 28. §.illo videlicet,c.hoc etiam 2. quæſt.6. l.1. §.ab eo,ff.quis & à quo appelletur, Ancha.in præſenti, num.2. Decius num.4. Beroius num.11. 13.& 20.in rub.de appel. pluresque alij à nobis ſuperiùs in prima part.num.10.relati.

Ea

Ea vero quæ ſunt contra naturam, & eſſentiã alicuius actus, conſuetudine longiſsima, etiam eius temporis, cuius initium memoria corruit, tolli non poſſunt, Barbat. in rub. de fid. inſtrum. num. 141. Ant. Burgenſ. in repet. c. cum omnes, num. 319. de conſtit. & in terminis docuerunt Abb. quæſt. 1. num. 26. Immola in c. poſtulaſtis, num. 9. paulò ante medium, extra de conceſs. præben. Tiber. Decianus, Surdus, & alij plures ſupra in prima parte, num. 11. congeſti. Igitur ap pellatio de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani, etiam immemoriali conſuetudine interueniente, vt potè tanquam naturæ, & eſſentiæ appellationis repugnans, legitimè interponi non poteſt. 22

Sed geminatum hoc argumentum parum ne gotij nobis exhibet; quare ingentes obices, vt exiguo robore munitos, facilè ſummouere poterimus, ſi aduertamus, quod etſi verum ſit per generalem Bonifacij legem de qua in præſenti conſuetudinem appellandi de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum, vt irrationabilem prohibentem, non ſolùm particularem, verùm & eam etiam, cuius primordia temporis ſuffragio planè incerta ſunt, damnatam cenſeri, nihilominus tamen in hac Imperiali ciuitate à ſentẽtijs Vicariorum genera-

generalium ad Conſilium Archiepiſcopi Tole-
22 tani rectè prouocari dicendum eſt: cum lex par
23 ticularem, ſiue immemorialem conſuetudinem prohibens, ſi nunquam populi conſenſu recepta, ſiue approbata fuerit, per ſcientiam, & tolerantiam Principis, vel eo ignorante contraria decem annorum conſuetudine tolletur, vt in præcedenti fundamento adnotauimus, & tradit Azeued. in l. 3. titu. 1. lib. 2. recop. num. 23. Petrus Dueñas regul. 144. limitat. 2. Cum autem præſens hæc Bonifacij VIII. deciſsio in hac ciuitate, & vniuerſa eius diœceſi, nunquam recepta, ſiue approuata fuerit, vt latiùs iam probauimus, meritò inde ſequitur appellationem de ſententijs Vicariorum generalium Archiepiſcopi Toletani tanquam nulla lege repugnante; ad eiuſdem Conſilium potuiſſe interponi.

Minus etiam obſtabit dicere prouocationem hanc, tanquam naturæ appellationis, & eſſentiæ cõtrariam neutiquam interponi potuiſſe, etiam ſi lex recepta, ſeu approbata nõ fuiſſet, nam hoc ſanè locum haberet, ſi in Toletana diœceſi con-
24 ſuetudo appellãdi de Vicarijs Archiepiſcopi ad Conſilium, vel auditorium eiuſdem, tanquam ad habentem eandem, ſiue æqualem iuriſdictionem introducta fuiſſet; quia tũc dubiũ non eſt, quin

quin appellatio nullius fuiſſet momēti,licèt Bo-
nifaciana conſtitutio recepta,& approbata non
fuiſſet, vel licet immemoriali conſuetudine in-
troduceretur,vt de ſententijs Vicariorum gene
ralium Toletani Præſulis ad Conſilium prouo-
cari poſſet,cum naturam, & eſſentiam appella-
tionis oppugnet,quæ nulla contraria conſuetu-
dine, vel prædictæ legis inobſeruantia tolli po-
teſt,ex ſupra dictis. Hoc enim ſi bene perpenda-
mus à propoſito noſtro omnimodo diuerſum,
& alienum eſt, nec quidquam cum eo affinita-
tis habet,nam appellatio,quæuſque adhuc inue
terata conſuetudine de Vicarijs Archiepiſcopi
Toletani ad eius Conſilium delata eſt, non vt
ad æqualem iudicem,vel eádem & vniformem
iuriſdictionem habentem; ſed tanquam ad om 25
nino diuerſum, & ſuperiorem delata & inter-
poſita eſt,vt ex recepto vſu, & antiqua conſue-
tudine cōſtat:vnde licèt Conſilium inferiorem,
ſiue æqualem iuriſdictionem cum Vicarijs ge-
neralibus diceretur habere, tamen quia conſue
tudine introductum eſt,vt à ſententijs Vicario- 26
rum generalium ad ipſum,tanquam ad ſuperio
rem appelletur,inde euenit vt legitimè,quaſi ad
maiorem auctoritatem,& iuriſdictionem poſſi
dentem,appellatio interponatur,ex traditis per

Abbatem in c. fin. notab. 2. de dilat. Ioan. Andr. in c. Romana, infra de appellat. & ibi Dominic. num. 8. & in præſenti numer. 5. vbi Philippus Francus, num. 7. Deci. qui de communi teſtatur in rubrica de appellat. num. 8. & Beroi. ibidem num. 25. Qui omnes conſtanter affirmant conſuetudine introduci poſſe, vt inferior, ſiue æqualis iudex ſuperior fiat, ita vt de alijs æqualibus, vel ſuperioribus iudicibus, ad eundem aliàs æqualem, aut inferiorem, ſed conſuetudine iam ſuperiorem iudicem effectum appelletur.

Exigui enim roboris erit, ſi aſſeras, quòd licèt fateamur tantã vim conſuetudinis eſſe, vt æqualem, ſeu inferiorem iudicem maiorem efficere poſsit, ita vt ad ipſum ex cõſuetudine maiorem iam effectum à ſententia æqualium, vel ſuperiorum iudicum legitimè prouocari valeat, nihilominus tamen in præſenti caſu prædicta ceſſare, verius eſſe, ita vt appellatio de ſentẽtia Vicariorum generaliũ Archiepiſcopi Toletani ad eiuſdem Conſilium interpoſita nulla ſit, etſi immemorialis temporis conſuetudine ad ipſum veluti ad ſuperiorem prouocatum fuerit, cum prædicta Abb. Ioan. Andr. Decij, & aliorum traditio tunc demùm locum habeat, ſi iudices diuerſum tribunal, & non eandem, ſed ſeparatam teneant iuriſ-

iuriſdictionem, vt ex eorum dictis planè cõſtat. At generales Vicarij, & Conſilium Archiepiſco 27
pi Toletani eandem iuriſdictionem, vnum tribunal, & idem auditorium poſsidere videntur, cum horum iuriſdictio ab Archiepiſcopo ipſo, 28
vel vt à fonte deriuetur, quo fit, vt quemadmodum à Bonifacio VIII. in præſenti interdicta eſt appellatio de officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum, eo quod vnũ ſit auditoriũ vtriuſq;, ita etiã de vno Vicario ad alium, id eſt, de Vicario generali Toletani Præſulis ad Conſilium eadem ratione appellatio quomodolibet probibita cenſeatur.

Nam parum negotij exhibebit hoc argumentum, ſi animaduertas Vicarios generales, & Conſilium Toletani Antiſtitis, non idem auditoriũ, 29
& tribunal, ſed diuerſas prorſus, & ſeparatas poſſidere iuriſdictiones, quod quidem manifeſtè patet ex eo, quia vt explorati iuris eſt, huiuſmodi Vicarij generales ordinariam, hoc eſt, à lege di- 30
manantem iuriſdictionem obtinent, vti clarè colligere licet ex glo. in c. 1. verbo officialem, de officio Vicarij, infra hoc lib. & in c. perlectis verbo iurgia 25. diſtin. cum pluribus alijs, quæ luculenter ſupra in 1. part. num. 78. adduximus. Conſilium verò non ordinaria, ſed delegata potius,

& ab Archiepiſcopo mandata iuriſdictione po-
31 titur, cum illarum cauſſarum cognitionem habeat, quæ in ordinariæ Vicarij generalis iuriſdictionis conceſsione non veniunt. Cognoſcit enim in prima inſtantia de cauſsis beneficialibus,
32 & de his, quę ad ſacros ordines ſuſcipiendos pertinent, crimina & exceſſus maiorum Toletani templi ſacerdotum corrigit, & in alijs pluribus cauſsis ius dicit, quæ in generalē Vicarij conceſſionem non veniunt, niſi ei ſpecialiter illarum cognitio delegata fuerit: quas quidem cauſſas proſpicere licèt in inſtructione huius Archiepiſcopalis Conſilij edita per Illuſtriſsimum Archiducem Albertum Toletanum quódam Archiepiſcopū, anno Dñi. 1595. die 20. mēſis Maij corā Ioanne Carrillo notario. Igitur ſi Conſilium, & Vicarij generales diuerſa potiuntur iuriſdictione, ſiquidem Vicarij ordinariam, & Conſilium delegatam iuriſdictionem poſsideant, dicēdum æquidem eſt, Conſilium, licèt à principio minorem, & diuerſam, id eſt, delegatam habuerit iuriſdictionem, immemoriali iam conſuetudine auctam, & ad ſuperiorem locum reductam, meritò à ſententijs Vicariorum generalium tanquam ad diuerſum, & ſuperiorem iudicem prouocari potuiſſe, nam vt ſupradictum eſt, con-

ſuetu-

ſuetudine introduci valet, vt inferior iudex ſuperior fiat, ita vt ad eum de alijs æqualibus, vel maioribus iudicibus appellatio deferri poſsit.

Quod adeò veritatis firmamento nititur, vt licèt à principio nulla apud Conſilium Archiepiſcopi Toletani iuriſdictio fuiſſet, tamen ob id ſolum quod ad eundem, tanquam ad ſuperiorem iudicem tot, tantoque annorum interuallo de ſententijs Vicariorum generalium interpoſita fuerit appellatio (quemadmodum hodie interponi proſpicimus) quin id iam mero iure procedat ambiguendum non eſt, cum conſuetudo non habenti iuriſdictionem tribuat, effi- 33
ciatque, vt vnus ſit altero maior, & dignior, ita vt alteri præferatur, c. cum contingat, in fin. & ibi gloſ. verbo conſuetudine de foro compet. c. fin. de officio Archid. c. auditis, de præſcript. c. irrefragabili 13. de officio ordinarij, gloſ. verbo conſuetudine, in c. Romana, §. ab Archidiaconis, infra de appellat. c. conqueſtus 9. quæſt. 3. l. fin. ff. de aqua pluuia arcend. l. 1. iuncta gloſ. verbo ſilex, & l. fin. C. de emancip. liber. l. viros 8. C. de diuerſis offic. lib. 12. Felinus in c. ex parte Decani, de reſcript. Anto. Burgenſ. in c. 1. num. 87. de iudic. Iacob. Zoc. in repet. c. omnis vtriuſque, nu. 384. Bellam. in repet. c. Romana. nu. 15.

de foro comp.Ioan.Ant.Nig.in extrau.vnic de vita,& honeſt.cler.num.383.Guillerm.Lauden. in extrauag.execrabilis,de præbendis,num. 22. Nata. lib. 2 conſil. 294. num.2. Rebuf. 3. tom. comment.ad ll. Gallic.titulo de conſuetudine, vſu,& ſtylo,in præfact.num 79.Tiber.Decian. tom.5.conſil.35. num. 40. Petrus Gregor. in c. conquerente de offic. ordin. c. 11. num.14. Couarr. in regul. poſſeſſor. 2.parte, §. 3. Menoch. conſil. 302. num. 44. vol.4. Auend. c.1. prætorum. Lancel. de atten. 2.part. c.12. limittat.48. num.4. Azeued.lib.4. titu.18. num.55. qui latè tradit, Surd.conſi.465.num.4.&5. vol.4.Paul. Comitolus, reſpon. moral. lib.1.quæſt.28. nu.1. ad fin.Faquineus lib.1.conſi.98.num.4.Thuſcus pract.concluſ.iur.littera C. conclu.808.num.9. & vt inquit Baldus in l. etiam, C.de except. rei

34 iudic.conſuetudo dat altam, mediam, baſſam, & imperioſam iuriſdictionem, docet cum alijs Purpuratus in l.more 5. num.26.ff. de iuriſdict.

35 omnium iudic. Nec ſolum maſculis, ſed etiam fœminis iuriſdictionem tribuit,vt tradit Decius plures allegans in regul.fœminæ, num. 4. ff. de

36 regul.iur.& in partibus Gallicanis fœminas pręcellentes in ſubditos ſuos ex conſuetudine ordinariam iuriſdictionem habere teſtatur Innocent.

cen. III. in c. dilecti 4. de arbitr. & Iaſ. in l. more, quem refert Purpurat. ibidem, num. 29. de iuriſdictione omnium iudicum.

Si enim adeò potens cõſuetudinis robur eſt, vt non habenti iuriſdictionem tribuat ex ſupra dictis, ita, vt, quod plus eſt, per eam cuius memoriam tempus aboleuit, merum, & mixtum 37
Imperium non Principi quęratur, vt tradit poſt Cinum, & alios in d. l. 1. C. de emancip. lib. An. Ancharr. conſil. 142. Petrus Gregor. in ſyntag. iur. lib. 47. c. 21. num. 20. & Gil Kenius quam plures referens, in authen. quas actiones, c. 12. nu. 4. & ferè per tot. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ergo nullus ſani capitis homo negare audebit Toletanũ Conſilium, etſi nullam iuriſdictionem in primordijs habuiſſet, de ſententijs Vicariorum generalium mero iure prouocari potuiſſe, cum prærogatiua temporis, cuius initium omnium memoriam exceſſerit, ſuperiorem iuriſdictionem prædictorum Vicariorum reſpectu adeptum fuerit, ſiquidem ad ipſum, ac ſi maiori frueretur iuriſdictione diù, ac ſemper fuerit prouocatum.

QVIN

QVINTVM FVNDAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *APpellatio de Vicarijs Toletani Præſulis ad eius Conſilium ex tacita Pontificum patientia,& tolerantia defendi poteſt.*

2 *Scientia S. Pontificũ probatur, ex quo paſſim ad eos per appellationem cauſſæ deuoluuntur, in quibus tam Vicariorum, quàm Conſilij Toletani ſentẽtia inueniuntur.*

Ex lapſu immemorialis temporis conſenſus præſumitur. ibidem.

3 *Patientia,& tolerantia eius, qui prohibere poteſt, diſpenſationem,& actus validitatem inducit.*

4 *Bannitus à Principe per ciuitatem toleratus impunè offendi nequit.*

5 *Si quis pro locum tenente ſuperioris ſe gerat eodem ſuperiore ſciente,& patiente, ſuperiorem id voluiſſe,& mandaſſe præſumitur.*

6 *Clericus poſſidens duas Eccleſias ſciente ſuperiore nõ punitur, imò ob id dictarum Eccleſiarum vnio facta videtur.*

7 *Mandatũ ex ſciẽtia,& patiẽtia domini præſumitur. Scientia & patientia Pontificum in caſu noſtro, conſenſu expreſſo fortior reputatur.*

8 *Vniuerſitas per particularẽ poſſeſſorem abſque mandato præſcribit, ſi ſcientia,& patiẽtia eius interuenerit.*

9 *Scien-*

9 *Scientia, & patientia S. Pontificum in caſu noſtrò conſenſu expreſſo fortior reputatur.*

Præſumptus conſenſus ex ſcientia, & non cōtradictio necum temporis diuturnitate conſenſu expreſſo fortior reputatur. ibidem.

10 *Superiorum ſcientia præſumitur, ſi eorum officiales id, de quo agitur ſciuerint.*

11 *Nuncij Romanorum Pontificum Toletum, dum ibi Curia Hiſp. Regum eſſet, habitarunt.*

12 *Illuſtriſſimus D. Ioannes Tauera tempore quo Regis Curia Pintiæ erat, ibidem Conſilium habuit.*

13 *Qui in ciuitate cōmoratur, ſcire præſumitur, quod in ea publicum eſt.*

14 *Nuncij Apoſtolici aliquando Conſilio Archiepiſcopi Toletani cauſſas delegant.*

15 *Sentētia Cōſilij in litibus per appellationē à Vicarijs Toletanis ad idē Conſiliū deuolutis pro noua inſtātia à Nūcijs Romanorū Pōtificū ſæpius iudicata eſt.*

16 *Illuſtr. Camilli Gaetani declaratoria ſētētia refertur*

17 *Alia Pintiani ſenatus adducitur.*

18 *Pro defenſione Cōſilij Antiſtitis Toletani ſufficit tantorum virorum approbatio, qui in eo ſederunt, ex quibus plures referuntur.*

19 *Vicentius Arias Balboa.*
20 *Gundiſaluus Bonifacius.*
21 *Ioannes Ildephonſus Ferdinandez Madridius.*
22 *D. Ioannes Velaſcus.*
23 *D. Petrus de la Gaſca.*
24 *D. Petrus Ponce à Leon.*
25 *Doctor Bernal.*
26 *Licentiatus Baptiſta Velez.*

27 Licent. Ildephonſus Serrano.
28 Doct. D. Petrus Caruajal.
29 Doct. D. Thomas à Borja.
30 D. Franciſcus & Albarus Monſalue.
31 Doct. D. Ildephonſus Anaia.
32 Doct. Petrus Salazar à Mendoça.
33 Doct. Dionyſius à Melgar.
34 Licent. Michael à Salazar.
35 Licent. Antonius Morejon. & D. Ioannes Ribera & Morejon.
36 Illuſtriſſimus D. Bernardus à Roxas & Sandoual Archiep. Tolet.
Laudatur. < *37 Doct. D. Rodericus à Caſtro.*
38 Doct. D. Gabriel Ortiz à Sotomaior.
39 Doct. D. Franciſcus à Mendoça.
40 Licent. Poblete à Vera.
41 Licent. Bernardinus Auila de Vera.
42 Licent. Ioannes Delgado & Aguero.
43 Doct. D. Ioannes Brabo & Acuña.
44 D. Gundiſaluus Chacon.
45 Doct. Didacus Tello Maldonado.
46 Lic. Chriſtophorus Salinas à Medinilla.
47 D. Ioannes Ortiz & Sotomaior.
48 Doct. D. Franc. Melgoſa.
49 Doct. D. Gabriel Suarez & Toledo.

1 QVintum tandem fundamentum ex Summorum Pontificum tolerantia, & permiſſu liceat depromere, nam & ſi Conſilij, & Vicariorum Toletani Præſulis vnum

vnum idemque tribunal, & auditorium eſſet (quod quidem à veritate procul eſt) & ex eo de vno ad aliud prouocatio, appellatio ve iure communi interdicta videretur, ex tacita tamen Pontificum patientia, & conſenſu licitum iam, ac permiſſum videri pluſquam manifeſtũ eſt. Nec dubium quin Summi Præſules Conſilij Archiepiſcopi Toletani, & appellationis ad eundem interpoſitæ ſcientiam, & notitiam habuerint, ſiquidem plures cauſſæ, innumerique proceſſus in gradu appellationis ad Sũmos Pontifices per immemoriale tempus delatæ fuerint, & quotidie deferantur, in quibus ſententiæ in prima inſtantia per Vicarios, ſeu officiales generales Archiepiſcopi Toletani prolatæ, & per appellationem ad Conſilium eiuſdem Archiepiſcopi delatæ, confirmatæ inueniuntur. Imò ex ſolo immemorialis temporis curſu Summi Pontificis ſcientia & conſenſus præſumittur, Rota deciſ. 179. in 2. parte diuerſ. Faquin. lib. 2. conſil. 40. num. 2. Quod cum Sum. Pontifices, qui ſuper hoc poteſtaté priuilegia conferendi, diſponendi, ac diſpenſandi habent, ſcierint, nec contradixerint: Archiepiſcopum Toletanum, tam in poſſeſsione Conſilij, quàm in appellatione, quæ ad eundem interponitur (etſi Bonifacij deciſio relu- 2

ctetur) diſpenſaſſe videntur, quia patientia, &
3 tolerantia Romanorum Pōtificum, vel cuiusuis alterius Principis, qui prohibere, vetare, ſiue impedire potuit, diſpenſationem, cōfirmationem, & actus validitatem, inducit, l. quid ergo 13. ver ſic. certè, ff. de his qui not. inf. l. cum plures 60. §. locator, ff. locati, l. 1. §. Magiſtratum autem, ff. de exercit. actione, l. an in totum, C. de ędifficijs priuat. l. 1. §. ſcientiam, ff. de tributoria actione, Felin. in c. 1. num. 6. verſi. lex noua, de tregua, & pace, Bart. Bald. Angel. & alij relati per Surd. con ſil. 371. num. 56. vol. 3. glo. final. vbi Abb. num. 8. Butrius 7. in c. quia circa de conſanguinitate, & affinitate, Innocentius in c. veniens, num. 4. de filijs presbyterorum, Hyppolitus de Marſil. ſingul. 77. per totum, Tiberius decianus conſi. 124 num. 16. vol. 3. Auguſt. Beroius, conſ. 173. nu. 62. vol. 1. Caſanete conſi. 39. num. 23. & 40. Anton. Sola in conſtitutiones antiquas, Ducatus Sabaudiæ, glo. 4. proemij, num. 40. & 41. Gonçalez in regul. 8. chancel. glo. 9. §. 2. nu. 87. & ſequenti.

Vnde ait Salicetus, in l. nullus, num. 1. C. de iudæis, quòd licèt Bannitus propter publicam vti-
4 litatem, ex ſtatutorum forma liberè, & impunè poſsit offendi, tamen ſi ipſe toleratus fuerit à Principe, vel ab his, qui eius vice ciuitatē regunt,

tunc

tunc ipſe impunè occidi, vel offendi nequeat, ita vt offendens, illas incurrat pœnas, quas non Bannitum offendendo incurreret, quia talis patientia, & tolerantia Principis conſenſum, & diſpenſationem inducunt, quaſi tacita voluntate ipſum non Bannitum haberi velit, quod vt valde commendabile ſequitur Alexan. in l. final. ff. 3
ad legem Iuliam de vi priuata, & in l. final. ff. de adult. & conſi. 1. num. 45. & conſil. 107. num. 10. lib. 2. Ioan. de Anan. in c. ſicut Iudæi 9. num. 12. de Iudæis, ibidem Felinus num. 1. & in c. quæ in Eccleſiarum, num. 7. de conſtitutionibus, & in dicto cap. 1. de tregua, & pace, Decius conſilio 326, aliàs 327. incip. viſo caſu propoſito, num. 3. verſi. 4. & vltim. Iaſ. in l. omnes populi, num. 48. ff. de iuſt. & iure, & in l. vbi pactum, num. 17. C. de tranſact. Guil. de Cun. in l. 1. in princip. ff. de exercit. actione. Nel. in tractatu, Bannitorum
3. part. 2. temporis, quæſt. 84. Hyppol. Bonac. 4
quæſt. criminal, verbo de Bannitis, pag. mihi 301 Ant. Sola vbi ſupra, num. 141. Marſ. d. ſing. 771 num. 2. & conſi. 9. num. 26. qui etiam ex mente Guil. de Cun. teſtatur quòd ſi ſciente, & patiente
ſuperiore pro locum tenente ipſius quiſpiam 5
abſque eius iuſſu & nominatione ſe geſſerit, ex quo illum tolerauit, id ſibi tacitè mandaſſe videtur,

tur, ex eleganti tx. in d.l.1.§.Magiſtrum autem ibi: *Ceterum ſi ſcit & paſſus eſt eum in naue magiſteris fungi, ipſe eum impoſſuiſſe videtur*, ff. de exercit.actione, ſequitur Auiles in capitulis prætorum, c.4.verbo iuſtitia, num.16.

Nec à propoſito noſtro diſſentit pulcra, & ce-
6 lebris Anchart. doctrina conſi.161.ad finem, docens quod ſi clericus poſſideat duas Eccleſias patiente ſuperiore, ex huiuſmodi patientia dictarum Eccleſiarum vnio facta, & ob id etiam remiſſa pœna præſumitur, vti refert Decianus, reſ-
7 pon.4.num.24.ad fin. vol.4. Ex eo etiam argumentum ſumitur, quod aliàs paſſim iure proditum eſt, mandatum ex ſcientia, & patientia præſumi, l.ſi remunerandi, §.ſi paſſus, l.qui patitur, ff.mand. Bart. Socin. Rimin. Curc. & alij, quos recenſet Faquineus, lib.1.conſi.5.num.7.9. & 45. & conſi.54.num.12.& vniuerſitatem per parti-
8 cularium poſſeſsionem abſque mãdato præſcribere, ſi modo ſcientia, & patientia interuenerit, Ioſep.Maſc. deprobat. conclu.1189. à num.16. & Faquin. vbi ſupra num.8.

Imò in caſu noſtro ſcientiam, & patientiam
9 S.Pontificum cõſenſu expreſſo fortiorem eſſe, ex quo ipſi diù tolerarunt palam eſt, quia præſumptus conſenſus ex ſcientia, & non contradi-

KK ctione

ctione cum tẽporis diuturnitate inductus, conſenſu expreſſo fortior reputatur, vt elegãter reſpondit Crauet. conſi. 640. num. 10. lib. 4. quem ſequitur doctiſs. Caſanate, conſi. 29. d. nu. 40.

Deinde licèt Romani Pontifices Toletani 10
Conſilij & appellationis quæ ad eundem interponitur ignari fuiſſent, cum id expreſsè non appareat, contrarium potiùs præſumẽdum eſt, eo quod eorum officialium, vel iudicum notitiam non aufugerit, quo fit, vt etiam Romanos Pontifices certiores de hoc factos fuiſſe credatur, quia tunc ſuperiorum ſcientia probatur; ſi eorum officiales, vel iudices id de quo agitur ſciuiſſe conſtiterit, Boher. deciſ. 264. num. 19. Crauet. de antiquitate tempor. 4. part. ſectione abſolutis differentijs, num. 14. ad finem, & ex Bart. in l. ſi publicanus 4. §. in omnibus, num. 2. ff. de publicanis, Alexan. Decio, & alijs aſſeueranter docet Cardin. Thuſc. pract. concluſ. iur. littera C. conclu. 796. num. 39.

Quod autem officialibus, ſeu legatis Romanorum Pontificum, vt potè Illuſtriſsimis Nuncijs hoc innotuerit hæſitare non licèt, cum ipſi
ſimul, & Hiſpaniæ Catholicorum Regum Cu- 11
ria à Gothis per multum temporis ſpatium Toletum habitarint, vbi Illuſtriſsimi Toletani Antiſtites

tiſtites Conſilium ſemper habuerunt. Et quo
12 tempore Illuſtriſsimus D. Ioannes Tauera Toletanus quondam Archiepiſcopus, tam in maiori Hiſpaniarum ſenatu, quàm in ſupremo cauſſarum fidei Conſilio in ampliſsimum Præſulem electus vixit, cum harum dignitatum reſpectu in Regia Curia (quæ tunc Pintiæ erat) commoraretur, ibidem Conſilium ſecum tranſtulit: cum enim Illuſtriſsimi Nuncij in Regali Curia, vbi & Conſilium erat, ſemper aſsiſterent, prædicti
13 Conſilij, & prouocationis ad ipſum certiores factos fuiſſe præſumitur, argument. tex. in c. quoſdam 7. extra de præſumpt. c. 1. de poſtu. prælat. c. quod dicitis, fina. 16. diſtin. tex. optimus in c. cum in tua qui matr. acuſ. poſſ. vbi Innocent. III. ſic ait: *Cum rationabiliter præſumatur, quòd denunciationem publicè factam idem exſiſtens in ipſa diœceſi minimè ignorauit*, glo. 1. in l. fina. ff. de decret. ab ord. fac. docet Card. Zauar. in Clement. vnic. num. 9. de foro competent. Henric. Bouer. ſingulari 44. verbo præſumptio num. 11. & ſingulari 46. num. 23. plura congerit Caſanat. conſi. 39. ferè per totum, præcipuè nu. 33. & 34. Maſcard. de probationibus, concluſ. 1294. num. 15. & 16. Font. de pact. nupt. clauſ. 4. glo. 15. num. 23.

Sed

Digitized by Google

Sed cur mendicatis ſuffragijs,& coniectura-
tis præſumptionibus Illuſtriſsimorum Nuncio- 14
rum ſcientiam comprobamus, quando & ipſi
non ſemel,ſed multoties cauſas prædicto Conſi
lio hac præſcripta formula delegauerint. *Diſcre-
tis viris Conſilij Archiepiſcopatus Toletani*: & ad
ipſos Nuncios ſæpe ſæpius plures lites per appel
lationem deferantur, in quibus duæ ſententiæ,
tam interlocutoriæ, quam definitiuæ per Vica-
rium generalem Archiepiſcopi Toletani vna,
& alia per eiuſdem Conſilium prolatæ inuenian
tur,vt nemini latere arbitror.

Item etiam cum pluries magna diſceptatio- 15
ne altercatum, indubiumque reuocatum fue-
rit,an ſentẽtia ab Archiepiſcopali Conſilio pro-
lata in cauſſa,quę per appellationem ad ipſum
de Vicario generali delata eſt, ſecundam in lite
faciat inſtantiam, optimam ac iuridicam,à prio
rique per Vicariũ pronunciata omnino diſtin-
ctam,ita vt noua,& diuerſa inſtantia reputetur;
acri, & examinato iudicio declararunt, præci-
puè in vna Toletana alimentorum,& filiationis 16
inter Licentiatum Mancium de Villaſaña, &
Franciſcum de Villaſaña, ita deciſſum & decla-
ratum fuit per Illuſtriſs. & nobiliſs. Camillum
Gaetanum Alexandrinum olim Patriarcham,

 & Apo-

& Apoſtolicæ ſedis Nuncium in Hiſpaniam
miſſum, magni nominis virum, ac hodie Cardi-
nalatus dignitate meritô præfulgentem, anno
Domini 1594. IIII. Pôtificatus Clementis VIII.
& cum per viam violentiæ ad ſupremum inui-
ctiſsimi Hiſpaniarum Regis Senatum huiuſmo-
di declaratoria ſententia delata fuiſſet: Illuſtriſ-
ſimum Nuncium in prædictæ ſententiæ prola-
tione nullam vim intuliſſe, pronunciatum fuit.
Ita ſimiliter doctiſs. & grauiſs. Pintiani Senatus
17 Auditores in vna executionis teſtamenti Co-
mitiſſæ de Fuenſalida inter executores, & ſu-
perſtitem Maritum agitata, & in alijs pluribus
per viam violentiæ ad eos paſsim deuolutis, vt
iuri conſonum itidem pronunciarũt: quorum,
& ſimilium litium originalia exemplaria in ar-
chiuo eiuſdem Conſilij recondita, & aſſeruata
inueniuntur. Igitur ſi Summi Pontifices, & eo-
rum officiales Archiepiſcopũ Toletanum Con-
ſilium poſsidere; idque de ſententijs Vicariorum
generaliũ prouocari nô ignorauerint: imò ſcien
tes, & tolerantes, cum contradicentes impedire
potuiſſent, tacito potiùs conſenſu approbando
id omiſſerint: nemini iam de iure Conſilium ha
bendi, & prouocationis ipſius hæſitare conue-
nit, quidquid contrarium ius commune vide-

retur

retur proferre; cum huiuſmodi diutina patientia, & tolerantia expreſsi conſenſus parem, & æqualem vim habeat: imò & fortior ſit, ex quo diſpenſationē ortam fuiſſe ex ſuperioribus nulli latere poteſt.

Quid ergo iam ſupereſt, niſi vt quidquid à nobis huiuſce argumenti cauſſa dictū eſt, promptū ſemel habeatur, & iuridicum: etſi enim forma & facie ſtili dicta fortè diſpliceant, fini tamen ſuo, & argumento cõuenire exiſtimo, ſiquidem ex his apertiùs colligatur, ita vt deinceps hæſitari non liceat, Toletanum Antiſtitem Hiſpaniarum Primatem, & Patriarcham prædicti Conſilij iuſtam poſsidendi cauſſam multiplici ratione habuiſſe, appellationemque ad ipſum de ſentētijs Vicariorum generalium non irrationabiliter admitti. Denique licèt fato contingeret ſuperiora omnia leuia, inutilia, parui roboris, nugaliaque potiùs iudicari: crederem ſanè ſufficere pro huius veritatis munimine, & defenſione, olim, nec minus hac ætate noſtra, viros omnigenæ litteraturæ, ſanctitatis eximiæ, memorandæ, 18
& incorruptæ virtutis, prouidæ eruditionis Toletanos Antiſtites in Conſilio ſemper habuiſſe, qui ni licitum crederent, nec appellationes admitterent, nec huiuſmodi officijs condecorari

paterentur,quorum plurium memoria,licèt im-
memorialis temporis iniuria fuerit abolita, exi-
mia tamen aliquorum fama ex his, quos perci-
pere potui tenebris obrui non patimur.

Scimus enim tempore illius ſanctiſsimi &
19 magni Præſulis D.Petri Tenorij eius Conſilium
illuſtraſſe *Vicentium Arias Balboa*, Archidiaco-
num Toletanum, egregia ſane laude dignum,
qui primus fuit fori legum gloſſographus,cuius
manu ſcripta opera in Bibliotheca maioris To-
letani templi aſſeruantur, vt tantæ eruditionis
fidum teſtimonium poſteris tranſmitteretur;
quique in Epiſcopum Placentinū electus obijt:
cuius oſſa in ſacello eiuſdem D. Petri Tenorij,
quod intra pomœrium Eccleſiæ Toletanæ ex-
ſtat, ſeruata conquieſcunt in marmoreo ſepul-
cro,quod adhuc viſitur iuxta fundatoris corpus
paulò inferiori loco,vbi imago eius è marmore
ſculpta in integrum exſtat. Doctiſsimum etiam
20 *Gundiſaluum Bonifacium* Epiſcopum Segouien-
ſem,eruditione ſingulari, & acerrimo iudicio
ornatiſsimum, qui opus non ſpernendum mo-
litus eſt, inſcriptum *Gloſſa peregrina* duobus to-
mis diſtributum,quo memoriam ſui poſthumis
temporibus commendauit. Et Excelentiſsimū
21 illum *Ioannem Ildephonſum Fernandez Madrid*
virum

Digitized by Google

virum doctrina & morum integritate celebrẽ, ingenio promptum, eloquio compoſitum, & omnium litterarum ſcientia egregiè pręditum. Poſtea vero Illuſtriſsimo D. F. Franciſco Ximenez ibidem Pontificiam ſedem occupante, *D. Ioannes à Velaſco* Comitis ſtabilis frater ſua 22
tempeſtate interceteros litteris & prudentia clariſsimus, poſt adeptum Epiſcopatum Calagurritanum triennio maximo cum honore Conſilio præfuit. Emicuerunt inſuper tempore Illuſtriſſimi D. Ioannis Taueræ, præclarus ille *D. Petrus* 23
de la Gaſca ad Indos olim miſſus, vt eorum impetus, quaſi ſtrenuus miles retardaret: in quo nec arma togæ, nec toga armis cedere viſa ſunt: qui poſtea Epiſcopus Saguntinus conſtitutus obijt. Memorabilis *D. Petrus Ponce à Leon* nun 24
quam ſatis laudatus: qui propter eximiam virtutem ſimul atque ſapientiam Epiſcopatum Ciuitatenſem, & Placentinum adeptus eſt; & inſuper in cauſſarum fidei ſupremo Senatu generalis Præſul creatus fuit. *Doctor Bernal* Pontificij 25
iuris cõſultiſsimus, moribus, & vita adeò clarus, vt Epiſcopus Calagurritanus meruerit conſecrari. Rurſus ſucedente tempore, prædicto Conſilio adfuit peritiſsimus *Licentiatus Baptiſta Velez* Canonicus Toletanus, & apud eminentiſsi-

mos ſui temporis tanti habitus, vt quicumque
huius teſtimonio refragari conaretur, iuris pru-
dentiæ ignoratione meritò veniret notandus.
27 Præfuerũt *Licentiatus Ildephonſus Serrano* mag-
na eruditione, & publicarum rerum experien-
tia inſignis, omnibusque ſapientiæ dotibus cu-
28 mulatiſsimus. *Doctor* D. *Petrus Caruajal* Eccle-
ſiæ Toletanæ olim Decanus, omnium litterarũ
ſcientia valde eruditus, quarum cognitione no-
minis, & gloriæ tantùm conſequutus eſt, vt eru
ditionis cauſſa Epiſcopus Corienſis acclamari
meruerit; vbi nunc vigilantiſsimi Paſtoris ſub-
ſtinet officium, & inde maiora indepturum ſpe
29 ramus. *Doctor* D. *Thomas à Borja* eiuſdem Tole-
tanę Eccleſię Canonicus. Excellẽtiſs. Ducis Gan
diæ filius, quiquidem poſtea ad ſupremum In-
quiſitionis Conſilium euectus fuit, à quo ob in-
ſignes animi dotes Epiſcopatus Malacitani mu-
nus obijt, vnde Epiſcopus Cordubenſis electus,
modico temporis interuallo ad Archiepiſcopa-
tum Cæſarauguſtanum peruenit. D. *Franciſ-*
30 *cus Monſalue* ſancti Vicentij Abbas, & D. *Alua*
rus Monſalue, qui vt fratres, ita in Toletana Ec-
cleſia Canonici emeriti, in quibus ingenium can
didum, & à maioribus ſuſcepta nobilitas ma-
ximè elucet. Præterea ſederunt in Conſilio

Doctor

Digitized by Google

Doctor D. *Ildephonſus Anaia* Canonicus Toleta- 31
nus iuris vtriuſque conſultiſsimus, quem exi-
mia doctrina, & exacta prudentia in ſupremo
Regali Conſilio ſenatorem eligi: ac poſtea in
Pinciano ſenatu Regimen, & ſummam Præfe-
cturam ſuſcipere promeruit. *Doctor Petrus Sa-* 32
lazar & Mendoça Toletanæ Eccleſię Canonicus
Penitentiarius, iuris vtriuſque, antiquitatum, &
hiſtoriæ cognitionis adeò doctus, cuius exſtat
Chronicon idiomate patrio ſcriptum Illuſtriſsi-
mi D. Ioannis Taueræ Archiepiſcopi Toletani
S.R.E. Cardin. aliaque præclari laboris monumẽ
ta indiès ſpectamus. *Doctor Dionyſius à Melgar* 33
noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Canonicus Docto-
ralis, vir ſanè probus ſimul & integer, vtriuſque
iuris prudentiſsimus multiiugaque virtute præ-
cellens. *Licentiatus Michael à Salazar* in ean- 34
dem Toletana Eccleſia Canonicatus dignitate
meritò inſignitus, maximæ integritatis, & do-
ctrinæ vir, legalis & Pontificij iuris ſcientia con-
ſpicuus, multis, magnificiſque virtutum titulis
cohoneſtatus. *Licentiatus Antonius Morejon*, & 35
eius frater *Ioannes Ribera & Morejon* hæreticæ
prauitatis in Cordubẽſi Inquiſitione acerrimus
vindex, encomijs maximis extollendi, qui velut
alterum cæleſte Dioſcôrum ſidus micantiſsimo
virtu-

Digitized by Google

virtutum, & ſapientiæ ſplendore noſtram Heſperiam illuſtrarunt.

Et tandem hoc noſtro feliciſsimo æuo, quo
36 Illuſtriſsimus D. *Bernardus de Sandoual & Roxas* ſuſcepto Pontificio munere cum laude eximia ſalutis popularis perfungitur, Toletanũque Gregem ſuæ curæ creditum ſedulò tuetur, & fouet; ſummo cũ honore & laude à Cõſilijs eiuſdẽ
37 fuerũt D. *Rodericus à Caſtro* Toletanus Canonicus, Excellentiſs.. Comitis de Lemos pronepos, nepos, filius, atque frater: qui cũ tam nobilitatis, quàm humanitatis titulo ſit ornatus, ſanctiorem, ac ſupremum Senatum quaſi fidei verum
38 propugnaculũ ornat. D*octor* D. *Gabriel Ortiz à Sotomaior* Toletanus Canonicus ſimul & Scholæ Præfectus, litterarum, ac rerum gerendarum
39 notitia Illuſtris. D*octor* D. *Franciſcus à Mendoça* eiuſdem Eccleſię Canonicus, præclariſsimi Comitis de Orgaz filius, cuius admirer ne magis humanitatem nobilitati coniunctam an rerum variarum cognitionem neſcio: quarum ratione vnius ex conſiliarijs in pręcipuo, & generali Inquiſitionis Senatu munus diligenter exercet:
40 *Licentiatus* P*oblete à Vera* Cęſarei Pontificijque iuris ſatis peritus. *Licentiatus Bernardinus Auila de Vera* Complutenſis Eccleſiæ meritiſsimus

Abbas,

Abbas, qui politioris litteraturę, ac vtriuſque iuris celebres, & viro dignos progreſſus fecit, *Licentiatus Ioannes Delgado & Aguero*, in eadem Complutenſi Eccleſia Scholaſticus, religionis propugnator ſtrenuus, antiqua Regiaque maiorum nobilitate clarus, virtutum, ac litteraturę luminibus perſpicuus, ob cuius maximam eruditionem, aſsiduaque negotiorum experimēta Vicarij generalis honore Toleti inſignitus ad maiora properat. 42
Doct. D. Ioannes Brabo & Acuña Canonicus Toletanus ſacrę Theologię, & iuris Pontificij honeſtamento maximè decoratus. 43
D. Gundiſaluus Chacon Toletanę Eccleſię Canonicus, & pręcipuus Sacellanus, fidei cauſſarū quęſitor, ex Illuſtriſs. Pręſulis noſtri proſapia oriundus, tam litterarum, quàm virtutum dotibus pręſtans, de quo plura, non tam hominum fama percelebris, quàm veritas ipſa ſuggerit. 44

Et hodie Auditorum munere in ipſo Conſilio funguntur, *Doctor Didacus Tello Maldonado* Talabricēſis Eccleſię Theſaurarius, olim legum (quarum hodie Decanus munere ſumma cum litterarum gloria fungitur) Primarius apud Toletanos anteceſſor. 45
Licentiatus Chriſtophorus Salinas à Medinilla Compoſtellanę Eccleſię Canonicus, ſacratiorum canonum, ac prudentię ſan- 46

Mm ctioris

Digitized by Google

47 ctiori Myſta. D. *Ioannes Ortiz & Sotomaior* ge-
neris nobilitate, vitę integritate, ac ingenij acu-
mine inſignis; qui de ſe multa, & grauia indiès
48 pollicetur. D. *Franciſcus de Melgoſa* Canonicus
Abulenſis, omnium rerum, ac litterarum ſtudio
clariſsimus. Inter quos Prę ſidis officium ſubſti-
49 net Doctor D. *Gabriel Suarez de Toledo* Canoni
cus Toletanus, Mantuęque Carpentanę Archi-
diaconus, nobilitatis, & litterarum inſignibus
nitens. Viri profectò omnis exceptionis immu-
nes, à quibus nihil iniuſtum, indecorum, iuri,
aut bonis moribus repugnans conſenſu, & offi-
ciorum aceptione approbatum credendum eſt.
Quorum laudibus meritò, conſultoque vberio-
ribus ſuperſedeo, quia felix, vt ille ait.

------ dicique beatus
--ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Quamobrem de ceteris nullum vnquam tam
peruicacē, refractariumuè, ac ceruicoſum inue-
niri poſſe exiſtimo, qui tanto Conſilio, ius, & au
ctoritatem derogare, aut diminuere auſit, prę-
ſertim cum clariùs de vtroque apud ęquos iudi-
ces conſtet,

--Quàm ſolis radij eſſe olim, cũ ſudum eſt, ſolent.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVÆ TOTO HOC OPERE CONTINENTVR ALPHABETI ORDINE DIGESTVS.

A.

ABSOLVERE nequit Vicarius à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi ſpecialiter ei permittatur, 1. p. n. 229. pag. 142.

Abſoluere an poſsit, qui condemnare prohibetur, 1. p. n. 195. cum ſequen. pag. 12

Abſolutio ad illum expectat, ad quē ligādi poteſtas pertinet, 1. p. n. 159. pag. 105.

ADMINISTRATIONE bonorum, etiam libera, alicui conſenſa, donandi poteſtas tributa non cenſetur, 1. p. 182. pag. 121.

ADVOCATORVM Primas dicitur, qui præeſt alijs aduocatis, 2. p. 1. fund. n. 8. pagin. 170.

AEDIFICATIONI Monaſterij per teſtatorē relicti aſſenſum, & auctoritatem ex ſola generali commiſſione Vicarius interponere non poteſt, 1. p. n. 230. pag. 143.

D. ALVARVS de Monſalue Canonicus Toletanus, laudatur, 2. part. 5. fund. n. 30. pag. 258.

ANASTHASII Germonij ſentētia reijcitur, 1. p. n. 37. pag. 37. & n. 38. p. 38. & n. 43. 44. 45. pag. 43. cũ ſeq.

ANTONIVS Morejon, laudatur, 2. p. 5, fund. n. 35. pa. 258.

ANDRAEAE Faquinei interpretatio reijcitur, 1. p. n. 53. & 54. pag. 49. cum ſeq.

APPELLANDVM eſt de minori ad maius iudiciũ, ſecundũ appellationis ſubſtiā, 2. p. in prin. n. 11. pa. 159.

Appellans à ſententia Papæ ad Chriſtum, hæreſis ſuſpicione non caret, 1. p. n. 20. pag. 29.

Appellare ommiſſo medio cō tra ſubſtantiam appellationis eſt, 1. p. n. 166. pag. 109

Appellari non poteſt, de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum, etiam prætextu cuiuſlibet conſuetudinis, 1. p. n. 1. pag. 19. & quę ſit ratio, ibidem, n. 9. pag. 22.
Appellatur à delegato, ad delegante, 1. p. n. 34. pag. 35.
Appellari non poteſt à Vicario Capituli ſede vacante, ad ipſum Capitulum, 1. p. n. 100. pag. 74.
Appellari non valet, à ſententia locum tenentiũ, ad Correctores, 1. p. n. 115. pa. 80.
Appellari an liceat à Correctoribus, ſeu Prætoribus dominorum ad dominos ipſos, 1. p. n. 116. pag. 81.
Appellari an poſsit à delegato Epiſcopi ad ipſius Vicarium, 1. p. n. 148. cum ſequẽtibus, pag. 98.
Appellari à ſententia Principis non poteſt, 1. p. n. 170. pag. 112.
Appellari an liceat ad Epiſcopum de ſententia Vicarij generalis ad ciuitatem tantum conſtituti, 1. p. n. 174. pag. 116.
Appellari non poteſt ad Epiſcopum de ſententia diffinitiua Vicarij, ſecus ab interlocutoria, 1. p. n. 175. pa. 117.
Appellari non licet de Vicario ad Epiſcopum in caſibus, qui exigunt ſpeciale mandatũ, ſi ſimul cum generali poteſtate ſpecialiter Vicario concedantur, 1. p. n. 251. pag. 150.
Appellari non poteſt de Vicario ad Epiſcopum, etiam in cauſsis ſpeciale mandatum exigentibus, licet ſeparatim ei cõmittantur, ſi ea clauſula in commiſsione adijciatur, *Hæc Vicario committimus, ampliantes, & extendentes priorem poteſtatem per nos commiſſam*, 1. p. n. 255. pag. 152.
Appellari non poteſt à ſententia iudicum Conſeruatorũ ordinis S. Iacobi, ad Archiepiſcopum Toletanum, 2. p. 2. fund. n. 5. pag. 204.
Appellari poteſt ad Summũ Pontificem omiſſo medio 2. p. 1. fund. n. 25. pag. 179.
Appellari licet ad Patriarchas omiſſo medio, 1. p. nu. 26. pag. 174.
Appellari licitũ eſt de Sũmi Pontificis, vel Regum officialibus, ad ipſos Reges, vel Pontif. 2. p. 1. fund. n. 29. pagin. 181.
Appellatio vt ad Epiſcopum defera

deferatur neceſſarium nõ eſt, vt iudex à quo propriã habeat iuriſdictionẽ, ſed tã tum quod minorem habeat 1.p.n.46.pag.45.

Appellatio nõ admittitur de delegato Epiſcopi ad Epiſcopum, ſi in fraudẽ Metropolitani Epiſcopus cauſsã delegauerit, 1.p.n.58.pag. 55.

Appellatio non admittitur à Vicario ſedẽ vacãte, ad Capitulum, à quo fuit creatus, 1.p.n.103.pag.74.

Appellatio à Vicario, ad eum cui⁹ vicẽ gerit, an iure ciuili admittatur, 1.p.n.100.105. 107.& 108.pag.75.cũ ſeq.

Appellatio, & recuſatio æquiparãtur, 1.p.n.144.pag.99.

Appellatio ad Epiſcopum de lata corã vicario proſequi poteſt, 1.p.n.164.pag.108.

Appellatio interponi poteſt de delegato Epiſcopi ad Epiſcopũ, 1.p.n.35.pag.35.

Appellatio de Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum ſi de facto fuerit interpoſita, proceſſus inde ſecutus nullus, & inefficax eſt, 1.p.n.165. pag.108.

Appellatio iure communi nõ admittitur de Vicario Poteſtatis ad ipſam Poteſtatem 2.p.4.fund.n.17.pag.244.

Appellatio omiſſo medio con ſenſu partium interpoſita in iudicem ad quem iuriſdictionem transfert, 1. p. n. 166.pag.109.

Appellatio de Vicario ad Epiſcopum, nec extra iudicialiter admittitur, 1. p. n. 167.pag.110.

Appellatio & in integrum reſtitutio in quo differant, 1. p.n.172.pag.114.

Appellatio non admittitur de Vicario ad Epiſcopum in caſibus, qui in generali Vicariatus commiſsione continentur, 1.p. n.179. pag. 119.

Secus in his, qui Vicario nõ competunt, niſi ſpecialiter committantur, ibidem.

Appellatio nõ admittitur de ſẽtẽtia ab Archiepiſcopo prolata, ad eum, tãquam ad Legatum natum, 2. p. 2. fund.n.20.pag.213.

Appellatio nõ procedit de Vicario ad Epiſcopum, etiam in cauſis, quæ exigunt ſpeciale mãdatum, ſi aliquę ex his ſimul cum generali cõmiſsione committãtur clauſula adiecta, *Et ad omnia alia*,

lia, &c. 1.p.n,252.pag.150
Appellatio interponitur de ſententijs ſuffraganeorum Epiſcoporum,& Archiepiſcoporũ ad Patriarchas, ſeu Primates, 2.p. 2. fund.n.4. pag.203.
Appellatio an procedat de Vicarijs generalibus Archiepiſcopi Toletani ad eius Conſiliũ non obſtante deciſ.c.2.de conſuet. lib. ſext. 2.p,in prin.à n.1.pag. 155.
Appellatio de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum quare prohibeatur,2.p.4.fund. n. 20.pag.246.
Appellatio de officiali Epiſcopi ad Epiſcopum naturæ & eſſentiæ appellationis repugnat,ibid.n.21.
